

P.

77


238




C. 3. 2. D.

Chr. 238


4807



Res. 33P.



174  
Cauillari omnia promptius est q̄ emulari.



*Imp. Sub. Reg. 1577*  
*1577*

# REPETITIO

in Canone Sc̄dite cor-  
da vestra de penitēt.  
distinct. prima.

Bartholomeo Philippo  
Auctore.

VLYBONAE.

Apud Logdonicum Rotorigiū typographū

M. D. XXXIX.

OPORTUNIDADE

OPORTUNIDADE  
OPORTUNIDADE  
OPORTUNIDADE



RES 247

INCLITO, NEC NON SERENISSIMO IOANNI,  
eius nonnisi tertio, Lusitanorū Algarabiorūq; Regi, Africano, Acthio  
pico, Arabico, Persico, Indico, pio, foelici, uictori semper Augusto, Bar  
tholomæus Philippus perpetuam optat foelicitatem.



Qvam proximis diebus, publice in florentissima Conimbri  
censi Academia, relectionem habui: SERENISSIME  
REX a diturus, detractorum ad id compulsus aculeis, ut  
in tempore si fieri posset, illorum calumnijs occurrens: Phi  
lippo mastigis obuiam irem, tuæ regiae celsitudini, dicere  
sum ausus. Eorum secutus exemplū, qui lubricatiōes suas:  
regibus inscripsere, tum existimantes, hanc esse quasi quandam literarum  
prærogatiuam: ut eas sibi dicari, & honestū, & gloriosum principes duce  
rent, tum credentes, uedum Zoilorum, sic liuidos morsus uitasse: sed etiam  
labores suos; ab interitu uindicantes, æternitati quodammodo consecrasse.  
Que supra notū, sartatectaq; præstas SERENISSIME REX extra  
onuem temporis iniuriam positus, tot regijs, heroicisq; dotibus insignitus,  
quas admirari tam possum omnes: quàm pro meritis recensere nemo. Quis  
etenim digne uel uerbis exprimat, uel literis tradat: liberalitatem, magnifi  
centiam, religionem, pietatem, multorum subleuatam inopiam, tot in dei ho  
norem constructa templa, diuini cultū ubiq; florentem, tot Asia, tot Aphri  
cæ aduersus infideles quæstia trophæa, ornatissimum Lusitanie regnū, nul  
lis nō adhibitis ornamentis, ornatius reddidit: inauditā in studiosos propæ  
sionem: qui eorum a seclas amplecti, in uare, omnibus prosequi fauoribus, nō  
desistas: undiq; eos ad te præmijs alliciens. Quapropter nihil illis (uel lōga ter  
rarum intercapedine distitis) iniquius est: q̄ hoc testatum posteritati dare.  
Ego etiam ut a symbolis essem, hoc quid quid est libelli nummi tuo consecro,  
plus utique oblaturus: si per fortunam plus licuisset. Nec sustidias quæso  
SERENISSIME REX à Philippo capite cæiso, quem potuit offer  
re censum, uel eo nomine, hilari fronte suscipere, q̄ in finium, inter iuris pon  
tificij doctores, ex academiæ tuæ iudicio, in orchestra locū nactus: ansa his  
futurus sim: qui tum stilo, tum doctrina, tum ingenio, tum uario rerum usu,  
longe præstant: ut simili ducti exemplo, in publicū prodeant: non sine summa  
Conimbriensis academiæ laude. Bene uale SERENISSIME REX,  
atq; diuino opitulante numine, perge unā cum ditione (quam florētē nimis,  
nimisq; amplam, lōge florentiorem, atq; amplio rem reddidisti.) Conimbri  
censem academiā tuis constitutā auspicijs, ornatissimam reddere. Data Con  
imbriæ Kalen. Septemb. Anno à uirgineo partu. M. D. XXXIX.

BARTHOLOMEVS PHILIPPVS LECTORI. 3.



Iraberis forsā humanissime lector, me exigua huic repeti-  
 tionis. tanū tribuere, ut illā uix dū partu receuē: dignā in-  
 die auctim, quæ communem scriptorum alci experiri pos-  
 set: aut me tā esse suffenu, ut quā intra sesquimensē aliud  
 agens parturirer relectionem: non alio quā dicta est  
 modo, in publicum prodire permiserim. Paucis isthic huius præpropæ  
 editiois rationem redan. Ex Conunbricensi academiæ præscripto can-  
 didisime lector, post iustū tēpus: ad tyarā & anulos hi uocantur, quibus ad  
 baccā & laurū, cōcessū insignia sunt: ut edito doctrinæ specimine, pro meri-  
 tis præmia serant. Adeo q̄ nunc surgit in altū academia (regio uimirum aspi-  
 rātē fauore) nō nisi eruditæ cuiusdā probitatis, probæq; cuiusdā eruditionis  
 gymnasium est, in quo ceu classico ad palmæ honores: cūcti excitantur. Cū  
 propositi præmij tēpus instaret: nec mihi integrum esset per hominum exis-  
 st. uationē: illū nō ambire, in arenam descendi. Vbi me sollicitum ea cura has-  
 buit: quonāmodo his explicaret salebris: nam loca uulgaria, cane peius &  
 angue fugere destinā: ne actū agere uiderer, illa explicans quæ plurimis  
 tū priscorū tū neotericorū illustrata cōmētarijs, nulli nō in promptu erant.  
 Quapropter sterile campū seligēs qua potui diligentia fertile redere conas-  
 tus, a trita doctorū semita deuīas: sperabā argumenti nouitate agonothetis  
 nō displicere. Quod secus ac putarā (ut sunt fallacia hominū iudicia) euenit.  
 Nā dū causæ seruiens pro rostris repetitionē dico: bonaq; academiæ pars pers-  
 clare de illa sentiret. ecce ex alijs: hi uitio uertere cœperūt me uisq; uisus nūq;  
 auditos citare doctores, qui Bartholomei Calepij (quē illi Calepinū existi-  
 mabāt) testimonio uter, cœperūtq; admirabundi scifeitari: nū aliqua exta-  
 rēt Calepinū in iure cōmentariæ. Illi palam profiteri se uix ex relectione (cū  
 nunq; desuerim actioni) quattuor intellexisse textus. Ignorantiæ prætextu  
 existimantes propriæ præscribere cōsuetiæ. Quidā causari me nō plurimas  
 cōgessisse glossas: quasi nō aliæ sint relectiones habedæ, q̄ que utiq; pluri-  
 ma testimonia citāt, quæ ampullosa authoritatū cōgeries, quātū ad rē agat  
 his expēdendū relinquimus: qui sursum atq; deorsum, dū illas sequūtur ab-  
 errātes, uix unā aut alterā proposito seruire, experimēto cōperūt. Per me  
 tamē scriuet unusquisq; suo ingenio. Alij cū ad explicationē insulæ deuenirē  
 quo loco cū Arctino disputans Vitruuū cito cōstituturus quid insula esset.  
 Vitruuij noīe audito adeo exhorruerūt: ut indignationē cohibere uix potue-  
 rint, quin se suo iudicio (tāq; forices) prodērēt, ascrētes me grāmaticā doce-  
 re. Cū in solā Iaso. Alcia, ad illā relaudarim authores, nec aliter illa sacra cō-  
 statēt, q̄ authoritate, & subsidio politionis literaturæ. Horū sententiæ ne diu-  
 tius præiudicio mihi forēt, opusculū edere constitui, intra sesquimensē cō-

ceptum, quo tēpore ter publice de iure respondens, cū aduersa colluctandū  
 mihi fuit ualitudine, publicæ quotidie lectioni insudandum, memoriæ fideli  
 atque tenaci, mandanda relectio, ut pro dignitate doctissimo Conimbricē  
 si senatui exhiberetur. Quapropter hac lege, hoc opūsculū in formē  
 necessitate coactus nunc ædo: ut mihi posthac integrum sit, curta produ-  
 cere, peruersa mutare, errata deniq; ipsa corrigere. Vale.

**P**refatio ad academiam  
 Conimbricensem.



Lebrem illum e Samo / philo-  
 sophie antesignanū / palyngē-  
 nesia clarum: p̄sul amplissime /  
 idēq; huius inclite academie /  
 gymnasiarcha itegerrime. Ma-  
 uarre p̄ceptor innumeris su-  
 spiciende nominibus / nō sine numine diuū /  
 tā difficili negotio: ad dite patrone. Patres  
 doctissimi / generosa / studiosaq; concio. Cele-  
 brem illū / inquā / philosophie antesignanū.  
 Leonti Siluntis principi / sciscitanti quid  
 nam prosteretur: respondisse ferunt / phi-  
 losophum se esse: perpulchra ad hoc simili-  
 tudine vsum: qua quā degimus vitam: nobile  
 quoddam assererat emporium / quampluri-  
 mis refertū mercimonijs / varietateq; instito-  
 rum insigne. In quo hī repādam arene volu-  
 tationem / ancipitemq; inauortis aleā illi sel-

Prefatio.

lularias / sedentariasque artes exercerent. Sed eos p̄ ceteris: asserebat philosophiē cognomine cohonestandos qui summo sōphiā perquirerent studio / vt eam innumeris exanclatis laboribus licitātes / aliquādo sibi / suis / ⁊ patrie vsui esse possint. Quam humanarum rerum scenam: optimū maximumq; alexicacū Jesum: nō dedignatū suis proposito videmus: dum perennem margaritā / tam preclaro stimate inustos / comparare docet. Hoc exemplo ductus / inris vtriusq; prudentiā: vndeque perquirēs / tot annos a patria absens: primū gordianis sōphisinatū nodis attritus / deinde in libero homine digna encyclopēdiā: nō vsquequaq; infeliciter versat⁹: philosophos / medicos / theologos / nō omisi sedulo prestās: ne illotis pedib⁹ / ad sacrosanctū iustitię templū: pro virili excolendū humanarū diuinarūque rerū expers accederem: vt improuido cecutientis pyræste more / ad clarissimas inris lucernas conuolās / amburerer. Sedulo prestās: vt dign⁹ haberer: qui presentis aliquādo conflictus: periculum subitur⁹ / vos ⁊ indices integerrimos: et testes omni exceptiōe maiores: sortiri audeat: quoz iudiciū atq; cēsūrā / quātū semper fecerim: quātū semper sim verit⁹: vel illud abunde documento erit: in nulla meo-

rum studioꝝ parte/ hac de causa: a me cessa-  
tum. Nam ab hinc quinquenio/ indolem spe-  
cimēque qualis qualis future doctrine/ edī-  
to de clericali dignitate libello/ p̄missi: ab hīc  
triennio/ in difficili atque senticoso fictio-  
num campo: ingenij vires exercui/ proxi-  
mo vero anno/ per omne doctorū genus cir-  
cūvolitans: cōmuniū opinionum cēturias  
decem concinaui: italiam denique/ assiduus  
dies atque noctes cogitabam: itineri iam iā  
accinctus: nisi bellone tumultus: pyzatarum  
insultus/ tot denique periculorum agmina:  
vndique confluentia: intra lares nolentem  
detinuissent. A deo enim vestram verebar cē-  
suram/ vt nec sic mihi: consultum existimārē/  
Verebar ne plurimarū venalium rerū ex-  
emplo: quod in officine tenebris/ et probum:  
et vendibile/ nonnullis videbatur: in lucem  
productum/ penitendum: et concepta de eo  
opinionē: longe inferius appareret: vitij  
ipsa in luce cōspiciat. Quapropter: et nūc li-  
bēs a mercimonij hui⁹ explicatiōe abstinnis-  
sē si me p̄clara: nō foueret spes/ ex vilitationi-  
bus a nobis p̄missis: si nō cū laude/ q̄ v̄ra est  
āplitudo: saltē sine venia/ quod n̄re tenuitati  
sup̄q̄ satisq̄ est/ admissis. Unde āplū: me oīz  
laborū p̄miū/ tulisse existimabo: si v̄ro doctis-  
simo calculo: non indigna tanto theatro: di-

## Protestationes.

gnat tot annorū studijs / nostra iudicetur re-  
lectio: z vt talis contingat: a deo optimo ma-  
ximo / petendum subsidium erit.

Dixi.

## Protestationes.

**C** Priusquam rē ipsam aggrediar: licebit  
ni falloz / nonnulla presari: tum ex necessitate  
huius actus: tum pro dignitate amplissimi  
doctissimi que senatus.

**C** Et primū quod testamur est: me quamuis  
ad vtrūlibet hec posse defendi contēdam: nō  
tamen ita aliquid asserere / aut ex animo de-  
fendere: vt a sacrosancte catholice ecclesie  
placitis: pilolati<sup>9</sup> deniare presumam / cum sit  
vna fidelium mater: extra quam nemo saluus  
redditur: vt in proscenio: pulcherrime de-  
cretalium scene / tertius testatur Innocēt<sup>9</sup>  
in. c. primo. s. vna de sūma trinit. z fid. catho.

**C** Secūdo testamur patres amplissimi / nos  
nōnullos neotericos / ita citare: vt nomē clā-  
torum potius loco: q̄ authorū / aut testium:  
eos adducamus: Cum saluo debite vobis re-  
nerentie iure / nullus tanti sit habēdus neo-  
tericus: qui corā vobis / ingenio: eruditiōe /  
z docendi munere / adeo conspicuis: autho-  
ritatem prestare: aut velit / aut audeat.

**T**ertium quod reddimus testatū est: nos solis textibus / solisq; rationib<sup>9</sup>: obtemperaturos / vt sciant argumentaturi: quibus armis / hac in arena nobiscū digladiantes: vt possunt. Cū nobis cure non sit / quid quisq; dixerit: sed quid quisque dicere debuisset.

**I**n canone scindite corda vestra / de penit. dist. prima duo explicādi articuli. Pri-  
mus de interiori z exteriori satisfactione.  
Secundus quo modo a parte ad totū / z e-  
diuerso argumentū procedat / z inter rele-  
gendū: sequētes asseremus conclusiones:  
nonnullasque assertiones deducemus.

**C**onclusiones.

**P**rima ad Theologos / z Canonistas.  
An isticularē confessionem iuris esse diuini z  
non humani.

**S**ecunda ad Legistas.  
An inter insule domusque legatum: quo ad  
aree debitionem: vllum sit discrimen.

**T**ertia ad Canonistas.  
An obligatio generis: speciem aliquam obli-  
get / in electionibus z matrimonijs.

**Q**uarta ad vtriusq; iuris studiosos.  
An maior summa negata: includat minorem

## Conclusiones.

in iudicialibus.

**¶** Quinta ad philosophos.  
An anime sic pendeant ab aliqua causa: vt illa posita deducantur: an de nouo creentur.

**¶** Sequuntur assertiones inter relegendum dicte.

**¶** Assertio prima.

Partem esse genus / ad dimidiam: ad alias maiores minoresq; dimidia partes / asserim<sup>9</sup>.

**¶** Secunda.

Idētītatis / aut neglecta aut nō intellecta differētia: plurimos in iure itroduxit errores.

**¶** Tertia.

Ob neglectum originis ⁊ effectus discriminē: in q̄ plurimos errores: iuris interpretes deuiarunt.

**¶** Quarta.

Uniuersitatis partes / nō recte a nostris doctoribus constitute: non minimam in iure confusionem itroduxerunt.

**¶** Quinta.

Ob imperfectam partium discriminationē: plurimos reperiri in iure tumultus ostēdemus: quos respectiuarum partium assignatio componit.

# RELECTIO IN CA:

NONE, SCINDITE CORDA VESTRA

depenitent. distinct.

prima.



¶ primo text<sup>o</sup> hic quē relegē-  
dū sumpsimus: vt ex Gratiano  
cōstat: a prospero desumpt<sup>o</sup> est:  
a quo cap. porro supra primū  
transcriptū apparet: cuius no-  
ster textus / particula / a nō nul-

lis sub .s. nomie citatur. Verba autē illi<sup>o</sup> sunt:  
vt perinde ac stabilimētū future relectionis:  
ea iaciamus sequentia.

¶ Scindite corda vestra / et nō vestimēta: ostē-  
dēs cōtritionē cordis / que in eiusdē scisiōe  
intelligitur: nō in cōfessiōe oris: que pars est  
exterioris satisfationis / quā scisurā vestium  
noianit: a parte totū intelligēs pctā dimitti.

¶ Hec tex. verba: ex intimo iuris prudētie /  
theologieq; prōptuario de prōpta: q̄sint ob-  
scura: vel ipa per se indicāt / nemine indicāte  
que exponēs Joā. Thento. indignū fama sui  
nominis ratus: si aliqd reperiret: in p̄clara  
hac Gratia. discordantiū canonū concordia:  
quod a se p̄ceptū: et intellectū nō fuerit sic ait.

¶ Oris confessio: pars est exterioris satisfi-  
ctiois / que hic totum dicitur: et infra eadē

## Prima pars.

ca. quē penitet / vel dic superius infinitatur:  
pars efficitur inferioris infinitati: cū em̄ hec  
vera sit / oīs homo est animal: vtroq; termino  
infinitato / recte cōuertēt: omne non animal  
est nō homo. Sic nō scīdere corda: iferi<sup>9</sup> est /  
ad nō scīdere vestimenta / planius dixisset  
a toto partem.

**H**ucusq; Rheutonicus: duplici vitio / pri-  
ma facie vna ī expositiōe laborās: primo rem  
obscurā obscuriorē reddēs: deide ꝑ cōclu-  
sionē tex. cōcludēs / tex. nāq; a parte totū: ipse  
a toto ptē itelligi vult. Archid. post Aug. cir-  
ca infinitationē: iusto cōmēto cū glossa digla-  
diās / per duas colūnas: eminus cominusq;  
pedē cōfert: z tādē in eā sententiā inclināt: vt  
non scīdere corda: z non scīdere vestimen-  
ta / disparatos esse terminos sentiat. Subse-  
cutus est Archid. Cardina. sed non plus at-  
tulit: q̄ Archidiaconus ad huius nodi ex-  
plicationem. Post hos rem prosecutus est.  
Montalonius / in commētarijs ad illud Jo-  
helis. ij. dicit dominus / Cōuertimini ad me /  
in toto corde vestro. Vestimēti methapho-  
ram recte explicat: ceterum an a parte totū /  
an a toto partē: intelligere debeamus / non  
explicat. Nouissimus omnium quos ego vi-  
derim. Ripa ad calcem fere / tractatus de pe-  
ste: in. §. incipiente Dixi bozulā: per totū. §.

textum interpretatur: sed a verborū superficie vix ausus discedere. Ut nō immerito: nō nihil animi: nobis alioquin putidulis / tot tā-  
 tique viri: in huius loci expositione deficien-  
 tes addiderint: quo rem auspicaremur.

¶ Nos deinde securi / quid illi velint / qz plu-  
 rima adducūt: que omitti recte poterāt / plu-  
 rima omittunt / que adduxisse par erat: rem  
 ordine prosequemur. Cū scire quid facias /  
 nescire tamē quo ordine facias / perfecte nō  
 sit cognitionis / teste Ambrosio / a nostris re-  
 lato / in pādectarum proemio: z vt vulgo fer-  
 tur / ex secundo Aristotelice methaphisices  
 desumptum / quod adduxit Aretinus: conf.  
 lxxij. col. j. cum quam plurimis per cagnol.  
 ad id adductis / in. l. ij. nu. xxxiii. ff. de origi.  
 iur. sapientie signum est / rem in ordinem be-  
 ne redigere.

¶ Ut ordine ergo pposito / certius z recti-  
 ad metam positam contendamus / totam re-  
 lectionem in duorum articulorū explicatio-  
 ne consumētes / sex in partes eā diuidemus.  
 In prima de interiori loquemur satisfactio-  
 ne / in. ij. de exteriori / in. iij. de partibus in ge-  
 nere sumptis / in. iiii. de partibus integrali-  
 bus: in quinta de subiectiuis / hinc pedetē-  
 tim ad sextam deueniemus / quo in loco: et  
 textum / et glos. et Archid. ynūquemqz sua ra

tione motum: verum asseruisse ostendemus /  
glossamq; a menda vindicabimus: et verum  
textui dabimus intellectum.

¶ Ad primā accedētes partē: rē a suis dedu-  
camus elemētis / ita tamē ne gemino videamur  
exordiri ab oīno. Cum in offensa: qua in  
deum / aut in proximum / peccator cōmittit:  
tres offendat personas: ecclesiā / proximum / et  
deū / vt venia dignus sit: his tribus satisfaciēt:  
argumento. l. licitatio. s. quod illicite. ff. de  
publican. satisfit deo per contritiōnē / eccle-  
sie per confessionem: proximo per restitutiō-  
nē. c. perfecta de penit. dist. iij. Sed cū diuer-  
sa: per cōmissum fiat ablatio / de illa dicimur: q̄  
deū / queq; ecclesiaz respicit / de ea q̄ hominē:  
verbū nullū: quādo ad nos nō pertinet / qui  
de restitutione nō agimus / licet restitutiō in  
genere dicat: cū ad exteriora se dāna refert:  
satisfactio cū ad interiora: tamē cū promiscue  
his dictionibus vtamur / teste durando. xv.  
quartū questio. j. deinceps hoc nos non re-  
morabitur. In satisfactiōe que deū respicit:  
vt ad illam deueniamus: equalitas quedam  
exigitur: declarātibus theologis in dicta. xv.  
quartū: dicit em̄ vt pulchre prosequitur Ista-  
ludanus in. q. j. dicte quindecime / actum in-  
stitie satisfactio: in quo equalitas requiri-  
tur docente Aristo. ethycorum. v. vbi de di-

tributoria agit iustitia: et post illum bene explicat qui moralia tractat Augustus: moral. cap. xi. Nec tamen equalitas non ad iustitie tantum normam sed et amicitie exigenda erit: iniuriosa namque actio / ne dum contra iustitiam: sed etiam contra amicitiam est. Et cum amicitia: non equale equali pensari ad abrasam exigat: dicente Arist. ethico. ix. preceptoribus / diis / atque parentibus / par non reddi: sat erit si secundum amicitiam / par reddatur. Hinc fit: ut que deo impenditur. Satisfactio: non quia equivaleat immense offese qualis qualis retributio: sed quia accepta sit / satisfaciatur. quod quod non desunt ex theologorum schola: qui velint adiuncto humanitatis Christi merito: equivaleat hic quoque reddi.

¶ Si ad iustitiam et amicitiam satisfactio exigenda est: erit satisfactio / actus iustitie et amicitie per offesam lese: ad equalitatem utriusque / per emendam prestitam. Nec obstat si ab Anselmo diffiniatur / esse honorem deo debitum reddere: et in cap. satisfactio de penitent. distinct. tertia / et in cap. querat aliquis. s. illud autem Gregorij eadem distinct. satisfactio dicatur peccatorum causas excindere: nec earum suggestioibus: aditum indulgere. Vario namque respectu: quod latum in fictione libello / lib. ij. c. j. tradidimus varie satisfactiois descriptioes sumum.

tur / et vt p̄terita p̄ſat / et vt a futuris preferuat. In quam ſententiam tum theologi / tū noſtri interpretēs / tum ex vtrifque mixti ſūmiſte / paſſim descendunt. Et ſic non ſaterit mores / vt Lutherus contēdit: in melius cōmutare: ſed neceſſaria adhuc erit / per penitentiam ſatiſſactio cap. nō ſufficit de penit. diſt. i. Circa quam rē poſſem quā plurima teſtimonia adducere: ſed vitādi prolixitatis cauſa / a me omiſſa / que harum rerū: ne diu in quiliuus / oſpes lector inueniet: apud Roſſenſem in art. v. cōtra Lutherū / apud Latorum in aſſertione determinationis Louanieniſis / apud Zamorenſem caſtrum: in ſumma contra hereticos / apud Caietanum in quolibet. tertio de cōtrit.

¶ Satiſſactio que deum reſpicit / vna ex tribus eſt partibus / quibus penitentia cōſtat: vt ex theologorū doctrina declarat Archid. in. c. perfectā de penit. diſt. iij. Vel vt aſſerit Beſon. in p̄logo myſtice theologie / vna ex tribus penitētie comitib⁹ eſt. Que ex quinque integra redditur / vt idem loco citato declarat author / ex motu liberi arbitrij in deum eiſdem in deteſtationem peccati / acceſſione gratie gratum facientis: expulſione culpe diuina p̄ueniente: qua ad hec liberum mouetur arbitrium.

**C**æc meum est / presul amplissime / nec hu-  
ius confictus / in quo iuris prudentie aleam  
tantum subimus / verboso sermone : priori-  
tatem aut posterioritatem in his cōstituere.  
Si quis tamen id exigat sat illi erit in aliena  
schola differentem indicasse / varia cōsidera-  
tione vnum reliquo posterius priusve dici  
si ad agēs / si ad subiectum se quis referat : vt  
in hoc prior sit expulsio culpe / gratia preue-  
niēte : in illo prior sit expulsione culpe gratia.  
Cū se habeāt perinde ac respectu forme dis-  
positiones / premissa semper triplicis gratie  
distinctione / de qua theologi. xxv. secundi de  
qua late diatribe author in collat. aduersus  
Lutherum.

**C**æc que deo satisfacit contritio / partibus  
his constans : tanta potest esse in peccatore /  
vt absque extrinsecavlla satisfactione : absque  
vlla plati liberalitate / penas purgatorij eui-  
tare possit. Panor. in ca. ij. in ca. deus qui. de  
penit. glos. in ca. mēsuram in ca. nullus debi-  
te. de penit. distin. j. Cæc mirum quando illa  
pena que sensus est / ab illa que in cōtrito de-  
beatur / non alia est : quapropter contritio  
illi obuiat. Item ex merito passionis Christi :  
que nonnūquā totū tollit : vt in baptizato cui  
tota communicatur / et in latrone cui tota cō-  
municata est. Matth. xxvij. Luc. xxij. vnde

Prima pars

Julius papa in cap. si presbiter. xxvi. q. vi. ait  
vera confessio: in ultimo tempore esse potest:  
quia dominus non solum temporis: sed etiã  
cordis inspector est: sicut in latrõe: qui vni<sup>9</sup>  
momenti penitẽtia/ meruit esse in paradiso:  
quam sentẽtiam Celestinus pontifex in cap.  
agnouimus eadem causa et quest. cõfirmat.  
Sed penitenti non aliter conuenit meritum  
passionis Christi: q̃ relatiue ad penitẽtie sa-  
cramẽtum: ergo ⁊ merito passionis Christi:  
hic adiunabitur penitens. Unde non video  
quis sit ad dubitandũ locus: an cõtritiõ cha-  
ritate formata/ de pena aliquid minuatur: cum  
totum minuatur iuxta multiplices intẽtionis  
gradus: quos in contritiõne damus.

**P**receptum contritiõnis (vt iam colopho-  
nem addamus prime huic parti) non perpe-  
tuam obligandi rationem habet: perinde  
ac negatiua precepta habent. Arnan. in tra-  
ctatu. ij. de prima specie qualitatis. ca. cxxix.  
nec tantum circumstantiarum vallo circun-  
scriptam / vt pure affirmatiua: sed ex vtroq̃  
mixtã. Nam que nec negatiua tantũ / nec af-  
firmatiua tantum sunt precepta: quale cõtri-  
tionis / quale restitutionis / quale barbe co-  
mequerasiõis (aut si Pierio credimus Vale-  
riano / idẽ sacerdotũ barb̃is.) Soli<sup>9</sup> comera-  
tionis: nõ mediã sunt inter affirmatiua ⁊ ne-

gatiua precepta / quid em̄ inter hec mediū  
 est si dialecticorum traditis assentimur? Sed  
 vtroq; z affirmationis z negationis signo cō  
 flata / affirmatiui z negatiui p̄cepti vni sub  
 eunt: quod exactius Caietanus expendens /  
 in sūma in verbo contritio: asserit simile pre  
 ceptū affirmatiuū tantum esse p̄ceptum: ra  
 tione necessitatis cogēs / q̄ explicatur: aut ra  
 tione preparatiōis / aut cōnexiōis / aut instā  
 tistēporis. Nā ommissio illius nō incurrit:  
 nisi vrgēte actu: ad quē p̄parat. Cum z morta  
 talium attritio: approbante ecclesia recepta  
 sit / ad preparatiōem penitētie ca. quod qui  
 dā. de penit. z remis. quod vtiq; nō permite  
 ret ecclesia: si mortaliter peccaret quisquā /  
 quotiescūq; illi<sup>9</sup> memoria: peccatū obuiaret  
 absq; cōtritione quod tū in sūma: tū in quod  
 libeticis / quod libetico. iiii. de cōtritione per  
 nonnullas colūnas idem deducit. Caietan.

¶ Secunda Relectionis pars.



Amis tantum tacta digitis: a  
 nobis hec dicta sint: de satisf  
 ctione que deum respicit / z sic  
 a prima expediti relectionis  
 parte: ad secundā deueniam<sup>9</sup>.  
 Proxima p̄misse satisfactioni  
 est oris confessio / qua ecclesie satisfit / quam z  
 hereticorum plurimi / z catholicorum nonnulli

iuris esse diuini negant. Sed que manifestis argumentis colligitur iuris esse diuini. Et primo vt in publicis delictis expiādis: piāmina quedam erant cōstituta: sic par vtique fuit vt ad occultorum peccatorum abolitionem presentaneum aliquod paratum fuisset antidotum/dicente Hieronymo: secundā tabulam que post naufragiū misericorditer periclitantibus mortalibus concessa est (vt ea arrepta tempestatem vasti gurgitis euadere possint) decere non minus esse patētem/his qui publico summergebantur conspectu: q̄ his: qui inter fluctus obruti occulebantur. cap. secundā de penit. distin. j. Preterea idē Hieronimus ad Heliodorum de sacerdotibus scribens inquit/ qui clauēs regni celorum habentes: ante diē iudicij iudicāt. Sed quo nā pacto iudex iudicabit occulte perpetata/aut sibi abscondita: nisi perpetantiū ore aperientur: vt omittam illud Jacobi. v. Confitemini alterutrū peccata vestra. Et illud Ioan. x. Ego mitto vos/ accipite spiritū sanctum/ quorū remiseritis peccata/ remittuntur eis/ que authoritas inanis fuisset et ociosa: si non subiecisset peccatores huic cōfessionī dominus. Hinc actū. v. legim⁹: multos credentium venisse confitentes et annūtiātes actus suos. Hinc ⁊ in figura sacerdo-

ti olim lepra ostēdebatur. Deutero. xvij. ca.  
per venerabilem qui filij sint leg.

¶ Ad hec cum ecclesia gratiam dare non pos-  
sit / theologi secūd. quartī / ⁊ hec confessio sa-  
cramenti sit pars: manifeste colligitur: a deo  
fuisse institutā / a quorum testimoniorū farrā-  
gine / eo libentius abstineo / quia e theolo-  
gis / Roffensis / Latomus / Sagerus / Ekius /  
Lithouens aduersus Lutherū / aduersus  
Erasm. Leus / Albertus / Beda / Parisiēsisq;  
censura late disputant: ne videamur illorum  
scrinia suppilasse.

¶ Hinc fit vt constanter asseruerim: constan-  
terque semper crediderim auricularē con-  
fessionem iure esse diuino intromissam: quid  
quid asserant Abbas et sequaces in cap. om-  
nis vtriusq; sexus de penit. eo tamen tēpera-  
mento vt quatenus annalis est: pontificij sit  
iuris: ⁊ ideo a pontifice aboleri possit: quod  
sentit magis q̄ ant ostendat ant contendat.  
Felinus in cap. i. de constit. ⁊ in cap. que in ec-  
clesiarū eod. tit. ⁊ in cap. sane de offic. deleg.  
ideo q̄ annalis est cōfessio: de necessitate pre-  
cepti: iustū non ligat: argumēto Clemē. ne in  
agro dñico de stat. monach. vbi mēstrua cō-  
fessio: quibusdam monachis imponitur: abs-  
que explicatione materie: vt ratione regula-  
ris discipline: puniat temerarius violator.

## Secunda pars

**N**ec quē perturbet Gratianus multis ver-  
 bis de hac re edisserens / et ad calcē prime de  
 penitentijſ distinctiōis his verbis tanq̄ epi-  
 logo / plixā claudēs disputationē. Quibus  
 auctoritatibus: vel quib⁹ rationū fundamē-  
 tis / vtraq; sententia et satisfactiōis et cōfessio  
 innitatur / in mediū breuiter adduxim⁹: cui  
 autē harū partiū adherēdū sit: lectoris iudi-  
 cio reseruat̄. Et tamē bona illorū pars / nō de  
 secreta sentit cōfessione: sed de illa q̄ olim pu-  
 blice fiebat ab illis / quos publico cōspectu /  
 summergi paulo antea dicebat Hieronim⁹.  
 Nam in Gratiano si verum fateri licet / et cur  
 in tam doctissimorum hominū synodo non li-  
 ceat / nō video: dicente stragiritā: Ethicorū  
 primo / char⁹ Socrates / charus Plato / sed  
 lōge clarior veritas. In Gratiano (inquā) cū  
 plurimis eruditis / iudicij plusculū non im-  
 merito desideram⁹: in tāta lectione / qua vsus  
 est: in concinnāda p̄clara illa rapsodia: qua  
 cōcordantiā / discordantiū canonū p̄fitē. Si  
 tamē interpretatiōe / vir cū paucis egregie  
 doctus / inuādus est: omnia illa intelligēda  
 sunt: de auriculari cōfessione / quatenus aut  
 annualis / aut quouis alio tempore prescripta  
 est. Eodem modo intelligendus textus / in  
 cap. si sacer dos de penit. distinc. vi. innuens  
 a Gregorio primo constitutum / ne sacer dos

proderet in confessione accepta: quam con-  
 stitutionem tanquam a Gregorio primo pri-  
 mo latam retulit fasciculus temporum in-  
 ter ea que a Gregorio primo constituta nu-  
 merat. Sed textus intelligendus est: de pe-  
 na qua afficitur clericus proditor confessio-  
 nis non de illius secreto. Utinam eodem mo-  
 do intelligi glossa possit: in summa de penitē.  
 distinc. quinta: asserens traditione quadam  
 vniuersalis ecclesie potius quam vlla aut noui-  
 aut veteris testamenti auctoritate hanc au-  
 ricularem constare confessionem: ideo nec  
 grecos illa teneri quam nunquam receperunt.  
 Sed vno in commentulo bis errat. Primo  
 quia Epiphanius qui nobis concinnatam e-  
 Theodoro, Socrate, Sozomeno tripar-  
 titam historiam latine vertit: libro vndeci-  
 mo cap. xxxv. constat grecos auriculari con-  
 fessione vsos: et ob facinus a quodam presby-  
 tero perpetratum (que grecorum leuitas est)  
 nunc non vti cuius rei et Hermanus Bo-  
 dius in vnione meminit. Secundo errat: quia  
 diuino iure inromissam confessionem: et ra-  
 tiones et auctoritates superius a nobis cir-  
 ca id adducte luce clari probant meritoque in  
 illam glossam quo ad hunc secundum erro-  
 rem stomachatur durandus decima sexta  
 quarti questione octaua.

## Secunda pars.

**N**ec quē moueat: quod bonā hereticorū partē hac nostra tēpestate mouet: nihil de ariculari confessione/ apud antiquos legi patres: ideo diuino iure: p̄stitutā nō esse. Cū argumētū de non legitur/ vel pueri: in scholarum diatribis irridere soleant. Ad hec ex antiquorū doctorū scriptis hoc elicit: nam Orige. homelia. ij. super numeros: innumerā in ecclesiasticis (inquit) obseruationibus sunt: que omnibus facere necesse est: vt a magno pontifice Christo/ & a filiis eius tradita/ et cōmēdata suscepimus. Et vt inquit Aug. Joā. xx. multa et varia fecit Christus atque docuit/ p̄mulgarunt apostoli: nō scripto relicta: sed sermōe inuulgata Et Joā. hebeonitarum errore cōpulsus/ admirādū illud aggressus est principiū: in principio erat verb. Itē cū plurima ex institutis apostolicis non fuerint mox affatim recepta: sed adolescente ecclesia/ sensim admīssa atq; probata: vt que vires suscipiebat ecclesia ita promulgata (quod anti Lutherani luce clari⁹ reddūt vbi hec tractant) quid mirū si apud patres illos hoc non legatur? Nec quis a deo impie morosus erit: vt hac i re/ apodyces exigat mathematicas/ quas nec in moralib⁹/ nec in naturalib⁹: a philosopho exigēdas sepius infulcit Aristote. et nostrorum communis est dignitas/

veras dici probationes / que secundum subiectam materiam exiguntur late Bonon. moder. in rub. de prob. numero ducētesimo trigesimo / late nostri in capitu. afferre de presump. Sic vsure coniecturali probatione probantur. Lepola in tractat. simulat. contract. in vltima presumptione. Sic et in criminalibus talis admittitur probatio / modo ciuilititer agat: quo modo leg. fin. C. de prob. in addit. ad consil. Joan. de anan. Bolon. limitat / consil. xlix. Idemq; 7 vbi criminaliter ageretur: admitteretur si alie haberi probationes non possint. Ates. sing. cxix. Adhibito semper Innocentiano temperamento / in ca. quia verisimile de presump. vt iuxta modum vrgentis coniecture / et pene inslingantur. Quod si in qua agimus scholastice probationes admittende sunt: merito asseremus rationibus premissis: auricularem confessionem iuris esse diuini / quidquid quamplurimum hereticorum tum catholicorum asserant. Unde prima nostra ad theologos et canonistas positio est.

**¶** Ad theologos et canonistas positio prima.

Auricularem confessionem iuris esse diuini et non humani defendemus.

## Secunda pars.

**N**ō fuit consilium in presenti rationes ad  
vtriusque opinionis assertionem adducere/  
illisque iusto studio respōdere: tum quia id  
antagonistis relinquimus / tum quia malim  
parum ingeniosus et doctus videri: q̄ cum  
meo periculo / vel aliorum offendiculo / di-  
fertus et acutus. Precipue cum iam opposi-  
ta sentētia sapiat heresim: hac p̄posita / vna  
mini catholicorum concensu recepta.

**P**ostrema satisfactio est / que penitentiam  
iniunctam per ecclesiam exequitur: vt penā  
ex eterna in temporariā versam minuatur: alio  
soluendam seculo / si non hic pijs redimatur  
suffragiis. Unde Machabeo. secundo ca. xij.  
legimus / duodecim milia dragmarum argē-  
ti Hierosolimam missa: in sacrificiū pro pec-  
catis mortuorum. Et tamē Machab. libros  
non iudaismus sed christianismus canoni-  
cos agnoscit. teste Augustino libro. xviii. ca.  
xxxj. ciuit. dei / teste Hieronimo in illorū li-  
brorum prologo. Sic Nabuchodonosori cō-  
suluit Daniel / Danielis quarto / peccata sua  
redimere / quem ibidem Hieronym⁹ atque  
Augustinus peccata redemisse fatentur. Sic  
Luce. xii. dicitur. Date eleemosinā / ecce om-  
nia munda sunt vobis: quasi hoc adhuc su-  
peresset expurgandum. Sed quid mendica-  
mus suffragia? Cum Magdalenam / et cōplu

re salios e celebri penitentium choro / cho-  
ream in ecclesia agere videmus. Cum vide-  
mus Paulum ad Roma. vj. inculcare purga-  
tis: sicut exhibuistis membra vestra seruire  
immundicie et iniquitati / ita exhibete serui-  
re iustitie in sanctificationem / hoc est in ex-  
piatorum scelerum satisfactionem. Plurima  
huius generis adducere poteram / tum cir-  
ca confessionis virtutes / tum circa huius sa-  
cramenti ministros: sed liceat hucusque theo-  
logus egisse / in quorum statuis: non explo-  
ratores / sed transfuge / iusta ad coronam et  
laurum / meruimus stipendia: cum ceca sine  
illoz subsidij nostra sit peritia / si Cancel-  
lario credimus Parisiensi / in opusculo de  
promotione licenciandoz in decretis. Nec  
opus erit nunc: re notissimam / testimonijs no-  
tiorē facere: cōsulat seipsum quisq;: clare ex-  
perimēto cōperiet: absq; theologie subsidio  
(nō min⁹ temerariū q̄ periculosum esse) cano-  
nicā p̄pter peritiā. Et hec de secunda re-  
lectionis parte / ad tertiam deueniamus.

¶ Tertia relectionis pars.



Estq; nobis p̄stitutū est / tres esse pe-  
nitētie partes seu comites: q̄ noīe a  
Berſone nūcupant / ī duasq; scindi  
partes satisfactionē / in interiorē. s.  
et exteriorē: consequēs est ad exactiorē text⁹

### Tertia pars

quem assumpsimus relegendum interpretationem / declaremus que sint partes. Sed cum ab vniuersalioribus et notioribus nobis: iuxta Aristot. physi. primo: ad ea que nobis minus nota sunt procedamus / partes in genere erunt explicande.

**E**t partes sunt ex quibus aliquid constat. Unde notissima illa dignitas: ab Euclide elementorum primo ponitur / totum sua parte maius / quia totum ex partibus constat. Unde et celebris ille iurisconsultis locus pendet / a partibus ad totum / et e diuerso: quem locum latius Vlpianus per plura deduxit exempla in. l. si quis cum totum. ff. de except. rei iudic. Illud tamen nõ omittendum: eam esse partis ad certã partẽ acceptionem: que generis ad speciem: cū respectu totius oēs partes partes dicant. In omē filiarum. §. portionis. ff. de verborum signifi. Hinc lege partem vel totum recipi vetante: pene reus erit: qui vel minimã receperit. cap. auaricie in fine de elect. libro sexto / notant scribentes in cap. primo versicul. deniq; de censib. eod. lib. Hinc emphyteuta particulare dñũ suo periculo recipiẽs: quãtulũcumq; erit feret.

**S**i tamẽ dispositio que de parte loquitur: aliqua de causa aliter constare nõ poterit: de diuidia intelligetur. l. plane in fine. ff. lega. j.

Hinc ab altera parte electus: a dimidia saltem intelligitur electus. c. si priusquā. xxviii. disti. Hinc et in his pro indiviso sunt partes propter incertitudinem totum venit glos. in ca. ij. §. j. de decim. lib. vj. Quare ratione si quis viriles relinquat / totū reliquisse videtur. l. virilis. ff. de verbo. signi. Quare ratione et e diverso: totū pro parte nōnunquā ponitur: vt notat Alexander in. l. titia. ff. ad. l. falcid. Hoc tamen quod de parte dicimus: et in his procedit dictionibus / que partem denotant: vt in dictione reliquum. l. reliquorum. ff. verb. sig. in dictione ceterū. l. ceterorum. ff. verb. signi. vt in dictione residuū. l. quod si meuo. ff. heredib. instituend. vt in adverbio plus notat Bartol. in. l. seruus legat. ff. legat. j. vt in adverbio ampli⁹ notat glos. in. l. j. ff. si cui plusquā per legem facid. Cum ergo (vt vnde digressi sumus redeam⁹) pars sit genus ad oēs suas partes / illa a nobis ponit assertio: aduersus nōnullas glossarum et doctorum sententias.

**¶ Prima assertio.**

Partem esse genus ad dimidiā et alias maiores minoresque dimidia partes asserim⁹.

**¶ Unde primo infero: errare Comensem in l. de pupillo. §. qui nuntiat. ff. noui. oper. nuntia. (vt ibidem reprehendit Jason) assignatē in his quoad hec / inter visibilem et intelle-**

### Tertia pars

ctuale in partem discrimen: namque intellectualis pars est / respectu totius pars est: et si pro indiuiso pars sit.

¶ Secundo infero contra Decium in. l. creditori in principio. C. de pactis volentem tunc partem de dimidia deberi intelligi: cum in certa parte determinataque debet explicari / verificari: nam sine hoc / pars de dimidia intelligetur: si actus cogat / et partis acceptioni / aliquid aliud non refragetur: iuxta superius habita.

¶ Tertio infero: non exacte vndique perpetere hanc rem: existimantes si dictioni partem dimidie apponatur adiectio: similem adiectionem ad declarationem tantum non ad qualitatem fieri / quod existimat Tiraquellus in. l. si vnq̄ in verbo omnia. C. de reuocand. donat. eo argumento: quod verba sepe sepius: declarationis causa / non qualitatis adijciuntur: vt apud nos notat glos. in. c. licet cano de elect. lib. vi. quam per integram paginam pulchre ornat idem Tiraquell. in in dicta. l. si vnq̄ in verb. reuertat. Et confirmatur. c. excommunicam. §. credentes de sentent. excom. vbi plurima verba idem significantia coniunguntur / ex tunc (Scilicet) ipso iure sit factus infamis: q̄ verba vel singula ad lata sufficeret sententiam / vt in dicto. §. cre-

dentes doctores notant. Nec dicitur quali-  
 tatem adijcere quod earatione adijcitur: vt  
 magis exprimat/ quod in alimentis relictis  
 vxori contendit Joan. de Barronib. in rub.  
 de secund. nupt. Cod. pena. xvj. secundo nu-  
 bētium: vbi tradit alimēta deberi vxori: etiā  
 secundo nubenti/ quia verbum vxori: a testa-  
 tore / ad declarationē / non ad qualitātē ap-  
 positum fuerit: vt sic secundum tempus ver-  
 bi deberentur: iuxta notata per Bartol. in. l.  
 ex facto in secundā oppositione. ff. vulgari.  
 Idem ⁊ in dote cōtēdit Bulgarin⁹ in rub. ff.  
 solut. matrimo. dicēs dotē vel soluto matri-  
 monio sic dici: ad alium extraneum effectum  
 a repetitione dotis / qualis collatio est: vt  
 intelligatur de qua re agitur. Sic et ad de-  
 clarationem: insula que insula esse desijt / a iu-  
 risconsulto insula dicitur in. l. insula. ff. ad-  
 quirend. rerum dom. Sed vt hec aliquando  
 demus vera: que de declaratione diximus /  
 non tamen perpetuo vera sunt. Quomodo  
 id de quo agimus qualitatis vim non subit /  
 generi adiectū: cum de quacūq; parte pars  
 generice dicatur: ⁊ veluti ad cācellos speci-  
 ficos hoc addito discrimine genus reducat.  
**¶** Quarto infero contra doctores per Ripā  
 relatos in. l. si vnq; nume. xv. C. reuoc. donat.  
 asserētes partis appellatiōe: in dubio cōpre

### Tertia pars

hēdi dimidiā nisi adiciat ōbū aliqua: qz tūc  
etiā quelibet minima pars intelligetur: glos.  
in Clemē. j. in verb. aut earum de foro comp.  
quā Abbas ⁊ Felin. reputāt singularem in. c.  
pastoralis in fine principij. de officio delega.  
Sed que consimilē habeat in. c. j. de cōtestat.  
inter me ⁊ dom. Nam verbum aliqua partis  
acceptationem non variat ⁊ cōmētitia hec dif  
ferentia est nec textu nec ratione fulta / ad  
uersusq; omnē differēdi peritiā introducta.  
**¶** Quinto infero / bene respondere respōdē  
tes non valere donationem cuiuscunq; par  
tis: dūmodo donans: a donatione destitisset  
ob cogitationē futurorum liberorū: de quo  
neoterici late in dicta. l. si vnq;. quia nomine  
partis ⁊ quecunq; pars proprie veniat: cum  
in infinitas partes res queque diuidi possit:  
notat Bartol. in. l. interdum. §. paterfamil. ff.  
de hered. instituen. Federic. Senensis cons.  
cclxxviii. incipien. casus talis est Bald. in. l.  
codicillis. §. j. ff. de vsufruct. Unde ni falloz  
ociosa plane conuincitur illa Bartoli admo  
nitio in dicto. §. paterfamil. quado cet / debe  
re petētes alicuius rei partes / caute partes  
rei explicare / ne videatur: non rei sed duo  
decim partium: in quas hereditas diuidit /  
partes petere. Nam semper respectu rei par  
tes censentur petite argumēt. c. extirpande  
de preb.

de preb. r. c. in demnitatibus. s. sane de elect. lib. vi. vt late deducit Barb. tum in. ca. j. de testam. tum in additionibus ad Bartol. in dicto. s. paterfam.

**S**exto infero / gratuito glossam dicere : in cap. maiores. xvj. quest. vij. verbum partē de notare decimā / si mandata est res inter aliquos partiti / quam glossam sequitur Dominicus cons. xx. incipient. mihi videtur : ornat Probus in cap. statuto de decim. libr. sexto. Nā glos. nihil probat : meliusque Decius cōs. ccccclxxj. et. ccccclvj. dicit deberi id intelligi : secū dum subiectā materiam / quod ibidē late comprabat. Et sic a tertiā expediti relectionis parte / ad quartam deueniamus.

#### Quarta Relectionis pars.



**L**rum tamen partium : (de quibus in genere a nobis dictum est) ea a nostris partitio recipitur vt subiectine alie : alie integrales sint / pro vt aut totū : aut genus cōstituūt. Totū vt edes. Leum qui edes. ff. de vsu cap. vt numerus. l. vltima. C. depositi. Genus : vt species et indiuidua : aut aliquod superius constituentia / doctores in. l. qui vsu fructum. ff. de verborū

## Quarta pars

oblig. Bald. cons. cccxxv. vol. i. doctores in l. reconiuncti. ff. leg. iij. Que integralis est totum partē infert: non tamē pars totum: cum rerum integralium integritatem hoc ipsum totum efficiat: speciemq; det. Sic summe que plura explicitē vel implicitē: copulatiue continent. l. scire debemus. ff. verb. oblig. ab extremo numero vt volunt thomiste speciem recipiunt.

**H**inc primo infero: ex hac continendi formula clarissimā deduci rationem / cur in copulatiuis ad concurrētē partem stipulatio valeat: in disiuctis nō valeat. l. prima. s. sed si mihi. ff. verb. oblig. late doctores / in dicta. l. i. s. si quis simpliciter: quia vna res tota disiucta est. Quo fit: vt ab interrogatiōe diuersa responsio sit: que aliū a petito: numerus cōtinet. Quod nostri interpretes suo iure: in qualitate discrimen dixerunt: cum magis in re sit discrimen.

**H**inc secūdo infero: nō valere in his argumētū: aut a parte ad totū / aut e diuerso. l. si ex toto. s. si ita legatū. ff. leg. i. Ne q̄s ex argutorū sophistarū schola: calūniam nobis moueat: a parte disiucti: ad totū valere: et cōnatiōez. Nā vt in his: cū illis ī ppria digladiātes arena: nō alijs: quā in illa palestra receptis armis vtamur: ne dū vnice (vt illi dicunt) alternatio

cōcipit: sed etiā pmissio / appellādi vinculū  
 addit: cōfusamq; alternatiue acceptionē red  
 dit / quod ipsi tradūt in de signis specialibus  
 cōfusiois / quod e nostris magis sentit quam  
 explicet in signis Monachus in regula plus  
 semper de reg. iuris lib. vi. Ne quis / non tam  
 a contrario sensu / q̄ a male percepto Mona  
 chi sensu / eum redarguat: vt alias / a doctissi  
 mis redargutus vidi. Ad hec simile argumē  
 tum / a tota disiunctiua ad partem erit: quod  
 nusquam affirmatiue tenet. Et ideo qui pe  
 tit Stychum aut Pamphilum / nec Stychū  
 petit: nec Pamphilum petit.

**H**inc tertio infero: quantumcunque a pe  
 tente: pura disiunctiua proponeretur / et ex  
 plicite conciperetur: non valere pro parte  
 promissum / quia adhuc (vt nostri loquun  
 tur) in qualitate discrimen est: aut vt supra  
 diximus / diuersa longe: petita res a pro  
 missa sit.

**H**inc quarto infero / manifesta cum ratio  
 ne asserere Speculatorem / posse contentam  
 totam summam petitam negare / si partē tantū  
 debeat: quod cōtrouertunt nostri doctores  
 in. l. j. §. si stipulati. ff. verb. obliga. Nec defen  
 ditur hec opinio / ab his tantum: qui questus  
 gratia forum occupāt: vt Montanus asserit:  
 Sed etiam ab his: qui ratiocinandi vi vtun

## Quarta pars

tur / et non sola auctoritate mouentur: quādo aliter differentes concludere non est. Et qui contrarium equitate moti tuentur a proposito discedunt / fingentes et partē et totum explicitē / petentem petere respectu conuenti / cū partes implicite / totum explicitē petat. Negligentes ad hec distinguere / inter summā affirmatam summamque negatam. Unde in numero doctorū cōtrouersie leguntur: quare relate agit Calepius in. l. si is qui. s. vtrum ff. de rebus dub. Unde nostra quodlibetalis / ad vtriusque iuris studiosos / conclusio ponitur.

### ¶ Conclusio ad vtriusque iuris studiosos.

An maior summa negata / includat minorem in iudicialibus.

¶ Ut in summam rem deducam / pro sententia Speculatoris primo facit. l. non solum. ff. de interrog. act. vbi et an pro parte debeat / ad iurare debet interrogans. Secūdo si summe / que continēt / copulatiue continent: falsum asseret: qui centum se debere assereret: quinquaginta tantum debitis: cum qui contrarium diceret / verum assereret. Tertio facit. l. pupillus in fine. ff. verb. signifi. que partem esse explicandā dicit / qua explicatione opus non esset / si iam contenta intelligeret

pars. Ut mirum iam sit, si hec vna lex a Bart.  
 in stabilimentum sue assertionis adducta: re-  
 cte pensiculanti, eam potius non destruat.  
 Nec obstat. l. si vnus, §. nec decem, ff. de pact.  
 quia negatio nec: nō summā negat argumen.  
 l. nec mandante, ff. de curat. et tut. Nec obstat  
 relique. ll. simili adducte argumen. quando  
 nusquā negatio summā excopulatiua in dis-  
 iunctam vertat: quod pulchre docet Calepi<sup>9</sup>  
 ob ingeniuꝝ a nostris derelictus in dicto. §.  
 vtrum. Nec me mouet si Aretin<sup>9</sup> in dicto. §. si  
 stipulanti opinione Bartoli contra Specu-  
 latoꝝe asserat cōmunem cū vsus cōtrarium/  
 vt nonnulli testantur hucusque receperit et  
 recta cōcipiendi petitionem formula / vt ex  
 dictis cōstat / huic cauillo subueniat / vt post  
 scribentes in dicto. §. si stipulanti docet Mō-  
 tanus in regula non potest improbus, ff. de  
 regul. iuris.

¶ Ad tamen (quod diximus / de vnitate inte-  
 gritatis) procedit: vbi integritas ip̄a in con-  
 sideratione est: secus si substantialis rerū for-  
 ma / aptitudo sit finis: cui res destinantur / et  
 non integritas ipsa / vt sic. l. si is qui quadrin-  
 genta, §. q̄dam, ff. ad. l. falcid. p̄cedat. Mā vbi  
 aptitudo vsus / in cōsideratione est (si quidē  
 pars ad destinatuꝝ vsum apta manet) adhuc  
 eadem res est. Sic in parte insule remanēte /

### Quarta pars

identitas manet. l. si cui in fide. ff. de usufruct.  
Sic scyphus eandem retinens aptitudinē:  
scyphus est. l. quintus. §. cum aurū. ff. de aur.  
et argent. legat. Nec maior minorve capaci-  
tas / substantialem hanc formam / immutare  
valet. l. finalis. ff. de fundo instruct. nisi ab ea  
speciem / nomenque sortiretur. l. modios. C.  
de suscept. et archa. lib. x. l. arbiter. §. a deo. ff.  
de dolo. Hinc ubi totalis usus rei perijt: iam  
res esse desijt / vt in edibus destructis / q̄ nec  
edes sunt: nec eadem res dicitur. l. inter sti-  
pulantem. §. sacram. ff. verbo. obliga. vt in na-  
ui (carina non salua) dissoluta: que eadem cen-  
setur. l. quod in rerum. §. si. ff. legat. primo nā  
ubi omnino usus ipse perijt / identitatis ra-  
tio perijt: quomodo. l. si is qui quadringen-  
ta. §. quedam et. l. inter stipulātem. §. sacram  
intelligende sunt. Et sic nedum super citatas  
ll. sed etiam super quamplurimas compli-  
ces / sol veritatis orietur: vnde nostra secun-  
da promanat assertio.

### ¶ Secunda Assertio.

Identitatis / aut neglecta / aut non intelle-  
cta differentia / plurimos in iure / intro-  
duxit errores.

¶ Ex qua assertione primo infero: merū esse  
somnia / et ab vtriusque iuris prudentie sa-

crarijs longe eliminandum / id quod Bar-  
tol. et nouiores post illum in dicto. §. sacram  
tradunt / diuersam esse respondendi ratio-  
nem: in nauis et in domo / quia res soli sit al-  
tera / altera non. Nam sicuti domus / domus  
est / quādo bona illius pars eandem retinet  
figurā / sic et nauis / hoc a carina habet argu-  
mento dicto. §. finali. dict. l. quod in rerum  
ibi salua carina. Nec obstat: si de vsu. ll. de hac  
re loquentes meminerunt / qz a figura vsus  
pendet / qui figure finis est: quod nostris do-  
ctoribus imposuit.

¶ Secundo infero: contra Alexandrum ab  
Alexandro / genialium dierum libro tertio  
capitulo primo existimantem discrimen esse  
inter nos et philosophos / circa idētitatis ac-  
ceptionē quia (vt ille dicit) philosophi / cum  
sint rerum scientissimi / et artium peritissimi:  
ad vnum hec magis refecāt: nos quasi harū  
rerū expertes: quod pbabile est: sequamur.  
Ad hūc modū ex Hermolai Barbari oratio:  
bonus hic censor dixit: Sed consulisset  
ille sibi melius / si intra historiārum cancel-  
los constitisset: prisca senarioli memor / quā  
quisque noxat artem in hac se exerceat. De-  
bueratque saltē: se nec bonuz iuris interpre-  
tem: nec arbitrum futurum ineminisse / qui a  
nostre sacrosancto iurisprudentie / templo

in quo vere philosophiæ operã nauamus. l.  
 j. ff. iust. et iur. deciscens / ad humanitatis vi-  
 ridaria transfuga confugerit: aule dus factus  
 qui citharedus esse non potuit / vt cum Au-  
 gust. loquar in ca. legi. xvi. q. j. Atque vt homi-  
 nẽ paucis inscitie coarguamus: quotusquis  
 que ignorat: triplicis identitatis discrimẽ /  
 ex metaphisices adytis depromi: vt primo  
 sit idem / in quo nec substantialis / nec mate-  
 rialis pars aliqua mutatur / quale celũ. Se-  
 cundo idem est: vbi pars principalis nõ mu-  
 tatur: vt in homine anima. Tertio modo est  
 idem / cuius partes in continua sunt succes-  
 sione / qualis populus fluminis. Non ergo iu-  
 ris consulti tantum / sed et philosophorum  
 ipse princeps / ad hũc modum / res artificia-  
 les / nec non naturales expẽdit. Nec obstat /  
 quod de specificatione forme Alexander obij-  
 cit / quando multiplex est forma: secundum  
 alterationem: secundum compositionem / se-  
 cundum alterationem et cõpositionẽ / quod  
 ex eodem Aristotele constat lib. phisicorum  
 primo cap. iij. tract. iij. et phisicorum secun-  
 do at de qua agimus / secundum compositio-  
 nem forma est. Quod si quis ad hanc fideiã /  
 que nostri de his tradunt / expenderet: quã-  
 plurima inueniret pseudola / nulliusque mo-  
 menti. Sed nos id nunc non agimus / quod

instat agamus.

¶ Tertio infero: ex predicta assertione / predictaque ratione: ecclesiam paulatim resecam / reconsecratione non indigere, capi. de fabrica de consecrat. distinctione. j. vna cū toto titu. de consecrat. eccles. vel alt. Idem que erit iudiciū de sepulchri fractura: sacri ⁊ non sacri immixtione et quā plurimis huiusce generis.

¶ Quarto in se o recte Alphenum in. l. proponebatur. ff. de iud. recte nostros in capitu. quia. S. de iudicijs asserere / idem esse iudiciū / vbi vna persona mutaretur / quamuis philosophi nonnulli asserant: quorum legislator meminit in dicta. l. proponebatur / nō eandē rem esse: vbi aliquid mutatur / qui philosophi sunt: ex Heraclyti schola: docentis eundem equum / nunq̄ bis flumen ingredi: aduersus quos disputat Aristoteles metaphisicēs. iiii. a textu cōmēt. xxv. vsq; ad. xxx. ⁊ primo de generatione a textu cōmēt. xxxv. vsque ad quadrages. Aquinas in prima parte. q. vltima celebris ille Brunus Astensis e nostris / in principio tractat. de augmento / a quo huiusce rei latiore tractatū / mutatus est Hieronimus Lagnol. in. l. secunda ad fi. C. de pact. inter emptorem et vendi. tacito (per quem profecerat) authore: quod illi fe-

re solenne est.

**Q**uinto infero / manifestum reddi: tam diu ecclesiam / concessa sibi priuilegia retenturā de quo per glos. et doctor. in. c. hoc dicimus. xvi. q. vii. q̄ diu per ruinam destinatum vsu retinet / quid quid controuertant doctores in ca. priuilegia de regulis iuris lib. vi. doctores in. c. ij. de noui oper. nun. Felin. in. ca. cum dilecta col. fin. de rescrip. Nam sicubi vel tota destructa / concessa sibi priuilegia retinet: magis quia vniuersum quid est / q̄ quia eadē ecclesia est: priuilegia retinet / quod a di cendis circa vniuersitatem inferius pendet.

**S**exto infero cū Baldo in. l. ij. C. de nupt. si principe in consulto / munitiones fieri non possūt: nec omnino destructe refici posse: quomodo intelligendi sunt doctores in. l. i. §. si quis simpliciter. ff. verbo. obliga. asserentes eum actum nouum reputari qui ad nihilum redigitur et reficitur / glos. in. c. de monachis decima octaua questio. ij. glos. in Clement. fin. de rescript.

**A**d hanc partium copulatiuam acceptio nem: et reipubli. partes referūtur. Nec obstat quod imperator dicit in. §. plebiscitum inst. de iur. natural. gent. et ciuil. plebem disserre a populo tanquam speciem a genere Nam vt in improprietate non laboremus: et

*Ad hanc illatione  
vide addita gl. 1.  
Nulli 12. 72.  
in ob. N. fiet & ff.  
ibi eiusdem e  
ma & clarins loq  
author.*

populus tres continet partes: infimorum/  
 mediorum et supremorum, integralis pars  
 plebs populi est. Si vero populus simplici-  
 ter dicatur: latior utique populi est acce-  
 ptio, ut in munere et dono doctores asserunt/  
 in. l. inter donum. ff. verbo. significat. Unde  
 labitur (ni fallimur) Decius in regul. in to-  
 to. ff. de regulis iur. existimans alterum al-  
 teri tributum: ob similitudinem quam inter  
 se he partes habent / quando non simile est:  
 quod idem est: iuxta notata per Bartol. in. l.  
 quod Aerna. ff. de posi. et per Felinum post  
 Bartolum in cap. capitulum sancte crucis: col.  
 tertia de rescrip. Adeli<sup>9</sup> ergo sentit Engen-  
 dorphinus in primo legalis dialectices: in-  
 telligens in quarta generis acceptione: pro-  
 cedere assignatam ab imperatore differen-  
 rentiam: quia latior in altero sit acceptio.  
 Sic intelligendus est Theophilus: institu-  
 tionum interpres grec<sup>9</sup>: aut earum de architect<sup>9</sup>/  
 eadem cum imperatore: iisdem verbis i. d. s. plebiscitum  
 assignans differentiam. Que utique differentia: et ad  
 reliquarum vniuersitatum partes extendit: si non  
 alio respectu considerentur. Considerant namque ad-  
 huc dupliciter: ut totum constituunt: et ut a toto sunt  
 separate: hoc modo re et rōcinatione a toto  
 differētes: illo rōcinatione potiusque re. Qua ex  
 doctrina nonnulli quidam doctorum paralogismi

#### Quarta pars

apparēt: argumētatiū de vna ad aliā vniuer=  
sitatē / negligētū q̄ iter vniuersitates: z vni=  
uersitatū partes distīguere: quā rē a m̄is p̄=  
inde late ac cōfuse tractatā / paucissimis ho=  
die absoluem⁹: vt harū partes cognoscam⁹.

**P**ro cuius rei expeditione annotandum  
est / doctores tres tantum ponentes vniuer=  
sitates: in rub. ff. lega. primo hanc rem non  
bene distīguere: cum quadruplex sit vni=  
uersitas. Quarum prima est illa: que absque  
vlla corporea parte constat: qualis heredi=  
tas: que sine corpore / intellectum iuris ha=  
bet. l. hereditas. ff. de petitio. heredi. ob id a  
Theophilo in. s. extraneis instit. de heredi.  
qual. z disse. in. s. legatarijs de testamen. ordi=  
nandis in corporeum quid dicta. Alia certe  
ratio est: cum corpora (tāquam effectum) in=  
cludit: quo adiūcto nō simplex vniuersitas /  
et in corporea est: vt in illo cōstat: qui heredi=  
tate petita: succumbit qui si denuo iura / et  
actiones petat: sub mouendus erit / quia nō  
simplex vniuersitas est. l. si quis cum totum.  
ff. de exceptio. rei iudic. l. si vnus. ff. de pact.  
nā sicuti si aliq̄s fundo petito postea arbores  
petat: exceptione sub mouetur / idque dupli=  
cirōne: tum qz similis pars quo ad petentem  
explicite petita est: iuxta ea que superi⁹ disse=  
ruim⁹: tū qz sine illa (q̄ pposito seruit) fund⁹

non constat: cum iam accessoria sit. Sic et qui corpora aut iura hereditaria petit / explicite accessorium petit: qualis respectu hereditatis is effectus est / ad quem ipsa hereditas vniuersus quid est: licet in corporea sit / quatenus hereditas est. l. hereditas. ff. de petit. hered. Quales et relique forme a iure tradite sunt Felin. late in. ca. cū dilecta de rescrip. nume. vi. tradunt scribentes post Bartol. in l. j. §. sed si mihi. ff. de verb. obliga. Unde pro parte adimpleri non possunt: cum partes nō recipiant / vt docet Aristensis Brunus / in celeberrimo huiusce rei tract. quod et simili confirmatur / e philosophorum schola petito. Anima enim quāuis tota in corporea sit / partes potentiales continet / qualis illius virtutes sunt: et intellectiua vis: et vegetatiua / que potentie ab anima pendēt / anima a nulla illarum pendente: cum a nullo preexistente fomite decidatur / quod cum sapientiorū philosophorum doctrina fulcit Aquinas / cōtra Appollinarem disputans libro. ij. ca. lxxxvi. summe contra gentil. fulcit Sybilla Bonopolitanus: aduersus Cyrillū disputans / decade prima. q. iij. quo i errore Aphrodiseus est / problemate. xxix. credens stolidorum filios quam sapientum / ideo esse prudētiores (vt ex historijs Antonini philosophi / Socra

## Quarta pars

tis / Ciceronis / filiis apparet) quia decisa a traduce anima: plurimarum virtutum: participans immisceatur corpori. Sed cum salua fide defendi possit: animas ex traduce constare: vt agnoscit Zamorēsis Castro lib. ij. aduersus hereses errore. iiii. de anima. Cū huic assertioni iura nostra arrideāt: in cap. sicut ex literarū de homicid. in ca. Moyses. xxxij. q. ij. arrideant iura diuina Exodi. xij. cū plerisque alijs sacre scripture locis / quibus innuitur: animā in sanguine habitare: sit vt disputationis gratia: ad philosophos sequens conclusio quodlibeta. proponatur.

¶ Ad philosophos positio.

An anime sic pendeāt ab aliqua causa / vt illa posita deducantur / an de nouo creentur.

¶ Et hec de prima vniuersitate / que in corporea est. Proxima vt vniuersitas / absq; vltimo corpore erat / ita e diuerso secūda est: que corporum tantū cōstitutina est: qualis grex / chorus et similia. l. vendicatio. ff. rei vend.

¶ Tertia vniuersitas est / cuiusdam integrallis constitutina / qualis edium / et similia. l. cum qui edes. ff. de vsu ca. l. qui vniuersas. ff. de acquir. poss. nam hoc vniuersum: et a suis partib; iure reque distinguit: cum totū possidens partes non possideat que ex integro: demolita domu / possidende sunt / vt vsus

capione mobilium capiantur. Hanc tertiam  
 vniuersitatē (testamur deū immortalē / do-  
 ctissimūque hūc vestrum cōspectum) ex his  
 doctoribus / quos non paucos / ad hanc vsq̄  
 diem / in nostra vtriusque prudentie peritia  
 legimus / vt ex lucubratiūculis nostris (per-  
 inde ac progymnasmatibus) industrie inuē-  
 tutis) constare poterit: heminē vidim⁹ / qui  
 illam constituēret: quē tam diuersos parit  
 effectus: ab illa vniuersitate / que quas conti-  
 net partes / essentialēs cōtinet. Nā vbi sub-  
 stantia pars est: totū qui possidet / et partes  
 possidet / at quando vnitione tantum partes  
 sunt totius possessio / a partium possessione /  
 distincta est: quia in his / sicuti sub vniverso  
 partes continentur / cū in illo: sicuti sub vno  
 integrali contineantur: quod vel refractario  
 cuique: dicta. l. eum qui edes probat ibi si sin-  
 gulas res possideret / ipsas edes nō posside-  
 ret: quod et in dicta. l. qui vniuersas astruit.  
**¶** Ex hac vniuersitatis cōstitutione / clarif-  
 sime videtis patres doctissi: omnes illos ces-  
 sare tumultus / quos excitat Aretinus in. l.  
 grege legato. ff. lega. i. cur mortuo boue: nec  
 caro nec corium debeat. l. mortuo boue  
 ff. leg. i. nec quadriga: mortuo equo qui illā  
 demonstrabat. l. peculū. s. q̄drige. ff. leg. ii. cū  
 in domo destructa: area debeat. Nam in do-

mo legata / non ideo area debetur / quia area pars sit formalis domus : vt putat Aretinus quando pars formalis vsus est / cū area pars tantū cōstitutiuā dom⁹ sit. Ad hec si area domo destructa deberetur / deberetur et dom⁹ denuo structa : iuxta. l. si aree. ff. lega. ij. cōtra l. si ita legatū. §. fin. ff. lega. primo : manifesto dicentem domū nō deberi / que destructa priori : in eiusdem area edificata est. Sed impositū Aretino / tum reliquis doctoribus / q̄ dispositum in insula / ad domum extēdāt : cū diuersa sit / et in domo / et in insula : respondēdi ratio. Nam vt domus a tecto et parietib⁹ hoc ipsum esse accipit : sic insula ab area qua circūdatur. Si recte Vitruuius architecture primo ad fin. expendatur / cuius meminerunt post Jmolā scribentes in. l. si insulam. ff. verb. obli. Si Publius Victor / qui in fragmentis inquit / Roine longe plures fuisse suo tēpore insulas : q̄ domus. Si festus qui insulas interpretatur : domus vicinorum cōmunibus parietibus nō cōiunctas / quod et auctoritate Taciti lib. xv. constat : qui a Nerone excogitatū tradit vt edificia / non communiōne parietum : sed proprijs queque muris ambirentur : erant nāque he domus sic insulares : ne dum ab incendijs tutiores : sed etiā a furibus : qui per tegulas in illas commearē nō poterant

non poterāt. l. iij. §. effractorij. ff. de offi. pref. vigil. et ideo in insulis: preciosa queq; reponbantur / soli<sup>9</sup> fracture periculo subiecta: Alciatus in. l. urbana. ff. verbo. signifi.

¶ Ex hac insule explicacione primo infero / errare qui putant / insularium seruum esse / qui in insulam relegatus sit: in qua sententia: ex humanarum literarum asseclis / est Alexāder ab Alexan. libro. iij. capitu. xxxv. vt alios illarum scholarum omittam / quorum error conuincit: Pomponio asserente: insularium seruum: in numero vrbanozum esse. l. urbana. ff. verbo. signifi. z eodem asserente / domini<sup>9</sup> proprietatis: posse inuito vsufructuario / edes per insularium custodire.

¶ Hinc secundo infero: gratis doctores cōcedere post accursum: in dict. l. si ita legatū: esse discrimen circa debitionem arce: an domus destructa sit / an combusta: quādo z que comburit<sup>9</sup> domus / paulatim destruit<sup>9</sup>: debet<sup>9</sup> retque secundum istos / edificium cedere solo iuxta iura vulgaria.

¶ Hinc tertio infero / errare Ange. in auth. de non alien. §. hoc itaque ad fin. coll. ij. volentem: domum combustam ratione soli / non ex toto destrui: vt hac de causa / teneat<sup>9</sup> emphyteuta / propter solum idem pendere: ac si edificium superesset. Nā i insula recte hoc pce-

## Quarta pars

dit/ in domo minime.

**H**inc quarto infero / errare Ananiã in ca-  
pitu. consuluit de Jude. volẽtem posse refici  
sinagogam combustam / quia propter arẽã  
non dicatur omnino refici. Nam id conuinci  
tur esse falsum / per notata in cap. potuit de lo-  
cat. per notata per Bartol. & alios in. l. j. C. de  
iure emphy. quod esse falsuz coarguunt: quo-  
que ea que supra de identitate diximus.

**Q**uinto infero: accursum in dicta. l. si gre-  
ge. veritatem semiclausis oculis aspexisse: dũ  
eã assignat rõnẽ / cur area debeat: quia po-  
tissima pars sit. Nam vt certius scopum attin-  
geret / opus erat non potissimam tantũ par-  
tẽ dicere: sed in insula id procedere / specicq;  
discriminantẽ partẽ declarare. Cũ que hoc  
dat / forma sit: vel argumẽ. l. mortuo boue. ff.  
leg. j. vbi nec caro / nec corium debet: quia q̃  
dabat esse bouem forma: perijt. Sic quadri-  
ga relicta / si moriatur equ⁹ / qui quadrigam  
constituebat / aut (vt Papiniani verbis vtar  
in. l. peculiũ. §. quadrige. ff. leg. j.) qui quadri-  
gam demonstrabat / reliqui tres equi nõ de-  
bentur. l. ita tamen. §. finali. ff. quemadmodũ  
vsus. Nec quem moueat Sceuola / in. l. ta-  
bernam. ff. de fund. instru. innuens / insulam  
non deberi: in qua combusta cenaculum le-  
gatum reffectum est: quia non de totius insu

le legato loquitur: et latior est ad quesita: Scilicet uolere responsio, quod que aream insule in specie non deberi conuincat. Nec quem iterum moueat Paulus in. l. qui res. §. area. ff. de solut. dicens aream potissimam edificij partem esse / ideoque deberi, domo destructa: cum textus ille loquat: non in area domo simpliciter / sed eius que insula fuerat: ut sic magis nostram fulciat sententiam, quod oppositam. Nec obstat l. qui usum fructum. ff. de usu fruct. ubi legato insule usu fructu: area non debetur insula destructa / quia id agnoscit ibidem glos. procedit in usu fructu tantum / non in proprietate legata. Nec immerito / quando usus fructus identitatem magis rei respiciat. Nec obstat l. Paulus. ff. de pignoribus: nam loquitur iuxta. l. final. ff. eodem. Denique quid quid in domo dispositum est / tunc de insula intelligitur / cum non nisi in illa verificari poterit: idque merito cum latior insule significatio sit / iuxta superius adducta. Poteram et reliquos textus vel accursio duce expendere: sed id relinquimus argumentaturis. Ceterum ex his que de insule domusque discrimine / ex philosophie politiorisque literature adytis / hucusque disseruimus pendet illa ad legistas positio.

¶ Ad legistas Positio.

## Quarta pars

In inter insule domusque legatum  
quoad arce debitionem vllum sit  
discrimen.

**H**ec de tertia vniuersitate. Quarta vniuersitas est / que corporum iuriumque particeps est: que et actiue et passiue obligationes continet: qualis vniuersitas peculium est. l. si peculium in princip. ff. peculio leg. qualis dos: doctores in rub. ff. sol. matrim. qualis bonorum appellatio / cum ciuilitate intelliguntur / non autem naturaliter tantum. l. bonorum. §. si. ff. verbo. signifi. quidquid multisci<sup>9</sup> tumultuetur Tiraquellus in. l. si vnq<sup>3</sup> in verb. bona. C. de reuoc. donat. vbi per plures paginas de hoc agit. Cum ergo hec quarta vniuersitas / et corporum et iurium particeps sit / non simplex aut corporum aut iurium / procedet in ea consideratio.

**U**nde primo infero: sententiam excommunicationis que in singulos ciuitatis fertur / in ipsa vniuersitate: si corpora demas non ferri. ca. Romanam. §. vniuersitatem de sentent. excom. lib. vi. nam si feratur / respectu partium vtique tenet Archidi. in. cap. episcopus col. vltima. xij. q. secunda Cardin. in. cap. graue q. iiii. de sentent. excom. doctores in. cap. non est de spon. glos. fin. in cap. si sententia de sentent. excom. lib. vi. glos. notab. iuncta textui

in Clemen. i. de decim.

¶ Secundo infero / contra Jacobinum de sanct. Georg. in. l. proponebat. ff. de iud. existimantem: usum fructum ultra cētum annos durare / contra text. in. l. si usus fructus. ff. de usu fruct. legat. quem adduxit glos. in capitu. possessiones. xvi. q. pri. reputata a Lepola singul. in capi. iiii. vrb. seruit. Nam populis hec vt vniuersitati absolute non conceduntur: personalia cum sint: quam rationem textus assignat in dicto capi. si sententia. Et licet ad similia personalia: qualia sunt compromissum / inter dictum / pene imposita vniuersitati: ob singulos vniuersitatis / vel ob illi<sup>9</sup> delictum: de quibus Bartol. in. l. aut facta. ff. de pen. ad clarigationes / quas nostri representas dicunt: (quam rē Angel. nō exacte perperdit in. l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocand. credens: generalem pro scriptiōnem neminem tangere) ad tributa exigenda ob vniuersitatis inopiam: de quo Abbas et neoterici in capitu. cum dilecta de re scrip. deniq; ad reliquos actus: qui vniuersitati competunt: quatenus aut corporum tantum est / aut corporum et iurium: poterā per innumeras illationes extendere: tamen meminert queso audientes: me ad sesquihorulam dicentem: ad alia non vsquequaque

### Quarta pars

exacte intellecta in nostro iure / festinatem:  
non nisi notas quasdam / perinde ac precipua  
sidera: explicaturum: inter que non dis-  
simulabo / in hac quarta vniuersitate / bono-  
rum ciuiliū partes / varios producere effe-  
ctus: put aut originis / aut finis respectu va-  
riat / vnde ea a nobis ponitur assertio.

### Tertia Assertio.

Ob neglectum originis et effectus dis-  
crimē in quā plurimos errores / iuris in-  
terpretes deuiarunt.

Quod discrimen primo probatur: argu-  
mento eorum que circa actiones propositas  
ab heredibus / et fidei commissariis nostri as-  
ferunt: in. l. j. §. sublata. ff. ad trebell. in cessio-  
ne vtilium / directarumque retentione. Nam  
cum hereditatis effectus in fidei commissa-  
rium translatus sit / actio heredis exceptio-  
ne reiicitur / iuxta notab. gloss. doctrinam in  
cap. statutum in verb. committatur de rescrip.  
lib. vi. de qua late Finola in cap. fin. col. xxiiij.  
vers. item etiam aduerte de prescript. de qua  
Benard. Dias in doct. tertia vt quā plurima  
omittam: que in dicto. §. sublata ad huius  
doctrine confirmationem leguntur. Cum er-  
go effectum heredis fideicommissarius ha-  
beat / originem et vsiam (vt cum iuris con-

sulto loquar) institutus heres / clare appa-  
ret hec discriminari.

¶ Secundo confirmatur / ex notabili illa no-  
strorum interpretum assertioe / in vtriusque  
gladij cōcessione; et alterius retentione quo  
ad effectum; de quo late doctores in capitu.  
nouit de iudi. de quo et nos late egimus in  
prima nostra velitatione; vt quamplurimos  
de hac re tractatus silentio premam.

¶ Tertio confirmatur retentione naturalis  
dominij / in re ob prescriptionem amissa / de  
qua late egimus in secūda velitatione. Nam  
perfectus quesite rei vsus / penes prescribē-  
tem est / licet (iuxta communem) inutilis do-  
mino sua naturalis possessio maneat. de q̄re  
(vt ceteros omittam) latissime egit Igneus  
tum in. l. contractus. ff. de regul. iur. tum in  
l. prima. §. domini ho. primo. ff. ad senatus  
cōsul. Syllanian.

¶ Quarto confirmatur / per ea que edisse-  
runt scribentes de elisione ciuilibus obligatio-  
nis ob appositionem pacti de non petēdo  
quam rem ingeniose discutit Bald. in. l. si vnus  
§. pactus ne peteret. ff. de pact. Salicet. in. l.  
pacta nouissima Codi. de pact. et ibi nouio-  
res / quos omnes ad compendium redege-  
mus; in prima parte fiction. capi. quinto.

¶ Ex hac assertione originem et effectus dis-



## Quarta pars

criminante: primo infero ad celebrem illam  
questionem: an filius possit legitimam here-  
ditatis petitione petere: de qua doctores in  
cap. Raynutius de testamen. in. §. actionum  
instit. de action. nã si quota bonorũ est quod  
innuit textus in. l. Papinian⁹. §. quarta. ff. in  
officio. testamē. singulari titulo habetur. L. si  
quis seruum. §. si. ff. legat. ij. Si vero heredita-  
tis quota est / quotus quisque ignorat nō par-  
ticulari: sed vniuersali titulo haberi: vt tri-  
ginta plus minusve differentias / que solent  
a doctorib⁹ inter has quotas assignari: (sed  
ab hoc vno discrimine pendentes) dissimu-  
lem: per varios iuris effectus dilatas: quas  
memini me legisse: in commentarijs Segu-  
re manu scriptis / ad dictã. L. si quis seruum:  
dum per plurimas bibliothecas tam publi-  
cas: quam priuatas excurro. Quod si hec  
ipsa discriminari superius ostendimus: cur  
non erit hic similis respondendi ratio / que  
in herede respectu fideicommissarij: idque tã-  
tum respectu legitime: que quamuis institu-  
tionis titulo relinquenda sit: non tamen he-  
reditariorum bonorum vim subit: vt non im-  
merito: a nonnullis hoc aut tertium here-  
dum genus dicatur: aut anomalum: cum et  
hereditatem et hereditatis effectum sortia-  
tur / sed seiunctin. Nec antea dictis obstat:

si bonorum possessori de iure pretorio (qui heres non est) petitio hereditatis compe-  
tat. l. ij. ff. de possess. heredit. petit. l. secūda. ff.  
de fideicom. heredit. petit. Nam que heredi.  
competit / cum bone sit fidei / ob originem et  
effectum hereditatis : que bonorum posses-  
sori cōpetit : stricti est iuris : quia heres effe-  
ctu non origine est.

¶ Secundo infero / ad defensionem Bartol.  
in. l. quod nerna. ff. deposit. assententis / in cul-  
pa quinque dari species : quam doctrinam /  
vir utique disertus et doctus Zasius in intel-  
lect. singul. eo argumento nititur confode-  
re / quod ea specie non differant / que ratio-  
ne maioris minorisve qualitatis differunt.  
Sic scapha mediocritate non specie a na-  
ui differt. l. fin. ff. fundo instruct. Sic Gale-  
nus primo de sanitate tuenda sanitates mul-  
tas et varias non specie sed maioris mino-  
risve qualitatis ratione dissidere ait. Sed lō-  
ge fallitur Zasius / sat enī est : effectures esse  
differentes : (z si origine naturaque non sint /)  
vt specificam constituent differentiam. Tri-  
tissimum medicis exemplum : ethyca febris :  
quam illi non alio argumento in tres partiti  
sunt species. Habent z suū theologi non ali-  
unde petitum discrimen : ad ea que diuino /  
circa exteriora tribuntur numini. Habemus

## Quarta pars

et nos exemplum / in presumptionib<sup>9</sup>: quas nemo non partitur / in iuris et iure: aut iure tātum presumptiones. Cum ille omnes a signis (sicuti a locis argumenta) oriantur: vt tradūt qui topica docent. Cum illis vnus sit status: ob signa cōiecturalis a rhetoribus dictus, vbi de iudiciali genere tractant / vt ab ambitione plurimum exemplorum cessem.

**T**ertio infero: donationem causa mortis / pacto nudo fieri posse / vel argumento. l. discretis. C. qui testam. fac. pos. ibi testamento scripsit: quidquid Imola cōtrouertat in. l. cū ex causa. ff. rei iudic. Nam cum similis donatio: quo ad originem contractui assimiletur / donatioque inter viuos ita fieri possit. l. si quis argentum. s. penul. C. de donatio. cur et hec pacto nudo non constabit: Quod si effectum respicias: iam vltime volūtatis norma erit exigēda: quod cōmuniter receptum testatur Socin. nepos in. l. sciendum numero xli. ff. legat. i. Ceteruz ex hac nostra facili exposita distinctiōe / omnes ille nubes / que circa id volitant: ab Imola et sequacibus adducte (perinde ac caligines exorto veritatis sole) exentiūtur. Si nos non fugerit similitudines varie peti: aut origine et natura: aut sine et effectu: quod reliquis exactius Deci<sup>9</sup> tradit in cap. translato de constit. Quod si iuxta

receptas doctorum sententias origine contractui / effectu vltime voluntati / causa mortis donatio assimilatur / quomodo hoc constare non poterit: pacto iam originem: non finem respiciente. Unde bello paralogisimo hec Imole opinio fulcitur: a similitudine finis: ad origenis similitudinem colligens: cū adeo oppositi illius sint effectus. Nam pacta in contractibus valida in vltima voluntate inualida vtique sunt: quoad effectum vltime voluntatis nostri in capitu. quamuis de pactis libro sexto legisse in. l. final. Codi. de pact. Unde communiter receptum testatur Phisius in. s. impossibilis institut. de heredi. institut. impossibilem conditionem tali donationi adiectam non vitari / quamuis Alexander in. l. impossibilis. ff. verbor. obligat. ad normam contractuum hec exigens / vitari putauerit: argumentis ab origine petitis motus. Hos tamen opinionum estus sic componerem / accedens Cursio seniori: in l. fin. Codi. de pact. asserenti: ex autoritate plurimorum doctorum / donationem sumilem resolui aut in donationem inter viuos / aut in legatum: pro vt magis actus validitati expedire constiterit.

Quarto ifero: ad verā societate: q̄ et effectu et consensu constat: cum que euentu societas

## Quarta pars

est: effectum solo cōstet, s. item si inter aliquos instit. de obliga. que ex quasi p̄tract. nascunt̄ l. ij. ff. commu. diui. Ut hinc apertā in concordiam redigantur. l. vt sit, ff. pro socio que negat pro socio actionem competere et dicta. l. ij. que socios ab euentu / socios vocat. Nam vbi sine conuentione aliqua societas incidit: effectum tantum sunt socij: at vbi preambula fit conuentione / et origine et effectum. Quam concordiam: miroz vbi que scribentes / ascribere Lumano in. l. reos, ff. duob. reis cū glos sematographus in dicto. s. item si inter aliquos et in dicto. l. vt sit, clare sentiat: duplicem societatem / et veram: et incidentē. Nec par uipendendum discrimen hoc est: saltē quo ad dirimendam / et diuidendam societatem: nam incidens dirimi quocumque tempore cum possit / vera non nisi tempestiue potest. l. verum, ff. pro socio.

**¶** Quinto infero: clarissimam hinc deduci rationem / eorum que nostri doctores tradūt: in capitu. Gemina de sponsalib. legisse in. l. titia, ff. verbo, obligati, vt in legatis: in penam matrimonij factis / remittatur cōditio / si ab euentu penalis fuerit: et ideo non teneat: quod si non fuerit ab euentu tantū penalis / sed etiā origine: et effectum / tūc temporis teneat.

**¶** Sexto infero: ad id quod adducit felix. l. R.

desent. et re iud. adducunt doctores in. cap. peruenit de appella. an interlocutoria habēs vñ diffinitive: sit censenda diffinitua. Nam quoad effectus qui ab origine non pendēt talis censenda erit. Sic et legitimatio et successio ob legitimatiōē differunt. Ut eorū appareat error qui quod effectus est cause tribuūt: de qb<sup>9</sup> additio. Cremensis singulari. xvj. Sic legitimus ingratus effectus legitimi caret: non tamen natura. Unde ociosa est digladiatio illa: an iterum legitimari possit: cum non desinat esse legitim<sup>9</sup> quidquid addubitet Pala. Ruui. in capit. per vestras de donat. inter virum et vxorem foliolo. cxxxix. numero. vij. Ex hucusque decussis circa vniuersitatis partes et eius effectus nostra probatur assertio.

#### Quarta Assertio.

Uniuersitatis partes: non recte a nostris constitutē doctoribus: nō minimam in iure confusionem introduxerunt.

Cum ergo (vt vnde digressi sumus reuerſamur) vniuersalia / integralia / summe / suas partes contineant: vt sub cōpula cōtineāt vt penitentia: q̄tenus integra ex trib<sup>9</sup> partibus redditur / iuxta Archid. declarationē in. c. perfecta de penitēt distinc. iij. vnā quāq; partem integram inferat / et interioris / et

## Quinta pars

exterioris satisfactionis. Et sic / perperam videtur textus noster intelligere / a parte totum / cum paries domum non inferat: vnitas binarium / pes corpus : qua ratione glosse sententia / vera erit: que a toto partem intelligi vult / contra textum. Sed superest videamus / an in subiectiua saltem parte: text. procedere possit: ideo que subiectiua sit pars / quosque effectus habeat / subiiciamus : vt sic ad quintam deueniamus partem.

## Quinta Relectionis Pars.



Subiectiua pars est: q̄ sub vniuerso continetur / et ob diuersam acceptionem illud infert. Cuius rei rationem (ex his omnibus / quos in nostra vtriusq; iuris peritia legi authoribus) vnus Bonachus assignat: in regu. plus semper de regu. iur. lib. vi. quia vt summe / vt vniuersalia / vt integralia / suas partes copulative continebant: sic hec alternative contineant / vt genus suas species. Unde illa interponitur / et ab his qui quinq; voces tractant / genus speciebus prius esse: cum in toto integrali / semper sint prius toto partes. Bin

fit quominus assentiar illis: q̄ a toto et parti-  
 bus / alienum arbitrantur genus ⁊ species /  
 sicuti videri potest apud Stephanum de fe-  
 der. in prima parte de interpreta. leg. et sen-  
 tit Decius in regu. in toto et pars. ff. de reg.  
 iur. Nam vt in copulatiuis affirmanti ⁊ pars  
 ponitur / sic in subiectiuis ⁊ neganti non po-  
 nitur. Hinc fit vt nō assentiar Probo in reg.  
 generi per speciem. ff. de regu. iur. lib. vi. exi-  
 stimanti / genus nunq̄ derogare speciei: nam  
 vbi negative genus auferitur: vtique omnib⁹  
 derogat speciebus / quando disiunctio in co-  
 pulam mutata: ea adimit: que habitu conti-  
 nebantur: vt inquit Monach. idq̄ latius ex  
 dicendis inferius apparebit. Hinc clarissi-  
 me vides quo modo. l. semper in generalib⁹  
 ff. de reg. iur. procedat / quam. l. eleganter ex-  
 plicat Boschus Lodecha in rub. de cōst. col.  
 x. nam appellatione generis: species conti-  
 nentur / aptitudine predicationis / ⁊ in potē-  
 tia non necessitate inclusionis: quia necessa-  
 rio non sequitur / donare potest: ergo mor-  
 tis causa donare potest. l. filius fam. §. sed cū  
 meminisse. ff. de donat. Nec sequitur / animal  
 currit / ergo homo currit / vt notat Bald. in  
 cap. j. in fin. princip. per quos fiat in vestitu-  
 ra ad declarationem glosse ibidem in verb.  
 de suis rebus que omnia apprime notanda

## Quinta pars

sunt ad explicationem glosse in. l. si quid earum. s. si quid interemptuz. ff. leg. iij. Et probatur simili e schola philosophorum petit. Nam motus tanq̃ genus: predicat̃ de quatuor motuū speciebus in substantia (scilicet) in qualitate / in quātitate / in vbi Aristote. iij. phisicorum text. cōm. iij. Et tamē non sequitur / motus est: ergo in qualitate motus est / et sic de singulis: cuz recte e contrario sequatur: nullus motus est / ergo nec in qualitate motus est ꝛc. Hinc puenit vt generi per speciem semper deroget / quāuis (vt verbis iuris consulti vtar) significata non actu: sed dynamici contineat. Nam ob inficiatis note vim: fieri non potest / quin habituali significatio: ni: aliquid non detrahatur. Hinc manifesta colligitur nostrorum doctorum incuria existimantium vllas esse fallentias: regule generi per speciem derogatur / quando a natura et significandi modo: fieri non possit / vt in ablati restrictio non procedat. Quod si aliquando contigit genus nō restringi vt docet Abbas et post Abb. neoterici in capitu. pri. de rescrip. id ideo receptum est / vel quia extrinsecus impedimentum proueniat / vel quia tanquam genus ꝛ species se non habent: nam cum a generis specieique acceptio: ne / hoc proueniat: diuersum cōstitui nō potest /

test/ refragante vniuersa differendi ratione.  
 Extrinsecus impedimentum prouenit/ quā-  
 do se vt genus et species habent/ et tamen in  
 re questum ius est/ aut ad rem/ que effectum  
 probabiliter sortiri debet/ vt in receptione  
 canonici: auctoritate pape: quia tunc prebē-  
 da affecta est. cap. tibi de preb. lib. vi. cap. si so-  
 li de cōcess. preb. eod. lib. Nam in iure ad rē/  
 quod fragile est/ q̄lis receptio canonici au-  
 thoritate capituli/ vires suas genus obtinet  
 communis in cap. relatum de preb. teste Ri-  
 pa in cap. j. numero. lxxvi. de rescript. Sic et  
 causa appellatione remota cōmissa derogat  
 generali rescripto/ quo liberè licet appella-  
 re: quia ad rem/ non in re/ ius est: dicto. capi.  
 j. Nec diuersum in priuilegijs constituimus  
 ca. quamuis ho. segundo de preb. lib. vi. vbi  
 auctoritatum cōgeries affert Prob<sup>o</sup>: quid-  
 quid velit glossa. xv. q. ij. in summ. Quia hec  
 (si quando illis vt generi per speciem deroga-  
 gatur) expressam non requirunt mentionem  
 cum vnum reliquo subsit: sicque erit intelli-  
 gendum id quod voluit Dinius: in dict. reg.  
 generi Bald. in. l. hac consultissima colū. j. C.  
 qui testamen. fa. pos. Jason' conf. xij. vol. iij. in-  
 ter species (scilicet) illam derogare alteri/ q̄  
 specialior est: quod verum erit/ si inter illas:  
 ordinis quidam gradus extiterit: vt sic vna

## Quinta pars

superior altera vero inferior sit. Non enim  
se tanquam genus et species habent/ que al-  
tera a regula quam discutim⁹/ exceptionis  
causa erat: quando genus/ genus est nomine  
tantum: et non re/ iuxta notata in ca. ex parte  
ho primo. de offi. de leg. l. nominatum. ff. de  
lib. et posth. Sic in privilegio/ quod iuri cō-  
muni refragatur: cum vnum reliquo superi⁹  
non sit/ expressa requiritur mentio ca. ex par-  
te de capell. monach. Nec opus erit/ ea exci-  
pere privilegia/ que in ius redacta sunt/ cū  
eadem sit in his respondēdi ratio/ que in iu-  
ris antinomia glos. in ca. vt circa de elec. lib.  
vj. Et licet hec omnia opinionum fluctibus  
vndique estuent: dum auctoritates/ non ra-  
tiones sequimur: si quis tamen ex ratio-  
natione pergat/ clarissime colliget: quod tra-  
didimus ipsissimam esse veritatem. Quam rē  
latius profsequi non fuit anim⁹/ per vltimas  
voluntates/ per cōtractus/ prescripta/ per  
leges/ nec nō iurisditiōes/ digrediēs (quod  
tū Mōtanns tū Decius faciunt/ in regula in  
toto iure) quia libuit rem obiter ostendere:  
non latius circa rem profundam/ et latam cō-  
tendere: quod plusquam iustam requirebat  
relectionem/ cum in alto profundoque pela-  
go tota hec res versetur.

¶ Ad hanc disiunctivam partium acceptio-

nem/et alternatiue referuntur: que cum isto modo superiora sunt/ singulis reb<sup>9</sup> in illa deductis/ generice se ad illas habent: nisi negative concipiuntur: in quo labitur *Imola* existimans/ in negatiuis: vtriusque partis non requiri concursum: (vt ea omittam omnia/ que non minus confuse q̄ copiose: profectus est *Felin.* in ca. inter ceteras de rescrip. *Jason* in. l. quidam *Codi.* de legat.) Ex hac tamen disunctine natura/ illud a nostris passim recipitur/ alternatiuam obligationem/ similem generice esse. l. secunda. §. j. in fine. ff. de verbo. obliga. Quam in re/ mirum est: quantum nostri doctores vacillent q̄ parum sibi constet *Zasius* in capi. pri. z. ij. intellect. sing. vbi de generica tractat obligatione/ nesciens clare constinere/ vnde proueniat illa/ inter generica obligationē/ z alternatiuam diuersitas: vt in alternatiua/ pactum de non petendo alterā ex speciebus obligatis. toti obstat obligationi: e diuerso in obligatione generis: pactū de nō petēdo stichū: generice nō obstat obligationi. l. si vnus. §. sed si stipulata. §. sed si generaliter. ff. de pact. Nā quod *Zasius* p nouā assertione i alternatiua vtrūq̄ esse i obligatione apta z absoluta: in genere nō esse. mirū est si vel auctori satisfacit: cū gen<sup>9</sup> in alternatiuā resoluat: vt ex mēte *isignis Bonachi*

superi<sup>9</sup> p̄missum<sup>9</sup>: quod si resoluat / cur obligatio hanc disiunctiuā genericā non afficit. Ad hec sicuti qui hominem dicit: omnes homines sub disiunctione dicit. l. **Deuius**. §. duobus. ff. lega. ij. cur et qui hominem promittit: oēs hoīes alternatiue nō promittet. Quod tacitum sit alterū / alterum sit expressum: non est respondendī ratio / sed subterfugiēdi occasio: quando et plana circulatio est: et nos nihil aliud querimus / nisi cur in tacito aliud / aliud in expresso sit: cum et in tacito ipse alternatiuam agnoscat. Quapropter qui se putat cothurnicum oculos cōfigere / nō plusq̄ nostri promouet. Vera apud me ratio erit / ex dialectices sacrarijs de prompta / quod in generica obligatione genus nō sub pura disiunctione significata contineat. Nam actualis hominis significatio est / qua p̄sentes homines ostēdit: habitualis qua in genere ostēdit. Sed alternatiua actu partes tātum ostēdit: et ita cum vtrinq̄ actu partē alternatiua afficiat: ab illis nō absoluit. Tamē q̄ **Zasiana** sentētia defendi recte aduersus cōmunē potest / disputatiōis gratia illā defendemus.

**C**Mos cum communi doctoz sententia p̄cedētes: ex ea primo inferimus / homine in genere promisso / eum hominem posse dari: qui tempore quo stipulatio cōcepta fuit / nondū

in humanis erat: quātūcūq; presentem semper statū stipulatio respiciat. l. que legata. ff. de regu. iur. Cuz Stycho aut Pamphilo pmissio non alius debeatur ab illo qui tempore concepte stipulatiōis aderat / quia in his non absoluitur significatum: in illis absoluit: vt prediximus cū cōmuni. Nec obstat. l. Deuius. §. duobus. ff. legat. ij. que presentes homines deberi: nec in alijs consistere obligationem asserit / nam est intelligenda: iuxta. l. si duo. ff. verbo. obligat. vbi id exprimitur in genere limitato: et non absoluto procedere.

¶ Secundo inferimus / legato genere: si testator nullas reliquerit species / legatum valere: vt communis agnoscit in. l. legato generaliter. ff. legato. j. in. §. sed generaliter instit. de legat. quod etiam procedit: vbi genus factu et destinatione hominis accipit limites. Nec obstat. l. si domus. ff. legat. j. que dicit irrisorium magis esse: q̄ vtile legatum / si domo simpliciter legata: nullas edes reliquit testator. Nā illud necessario intelligē dū venit / cū de certa domo de q̄ nō cōstat: nō de domo in genere legata: testator sc̄tit: nulla iter domū et fundum / quo ad hoc differentia data: cum fund⁹ in genere legatus: ideo nō soluat: quia incertissima res sit / argumēto. l. cum p̄st. §. gener. ff. de iure dot. quomodo intelligenda

## Quinta pars

quoque est. l. vbi. ff. verb. oblig. quidquid Bar  
tol. quidquid reliqui contendant: per dictam  
l. legato generaliter / que non de alio legato  
loquitur / nisi de certo: qua parte permittit he-  
redi eligere / cum non constat de quo sense-  
rit heres.

**T**ertio inferimus / verissimam esse comunem  
doctorum sententiam in. l. ij. §. j. ff. de verbo. ob-  
liga. post Acur. in. l. cum is in fine. ff. de con-  
dit. in deb. docentem in obligatione alterna-  
tive / species esse in obligatione / non in solu-  
tione. Solutio namque actualem respicit actum /  
obligatio vero habitualem. Quare ratione / et  
in genere obligatio / species quoque quoad  
actualem significationem sunt in obligatio-  
ne / non autem in solutione. Nec obstat. l. cum  
incertus. ff. legat. j. quia debet intelligi: vt ex  
post facto solutus servus / legatus dicatur:  
iuxta notata a nobis: in quarta fictionum par-  
te in cap. de translatione fictione. Nec obstat / si  
totam perinam obligationem: ob stichum ac-  
ceptolatum. l. per insuradum. §. si is qui ho-  
minem. ff. de acceptil. nam in acceptolatione  
actualis precessit brevi manu solutio / iuxta  
nota. in. l. singularia. ff. si certum petat. que ha-  
bitualement peremit obligationem.

**Q**uarto inferimus: non imperite tantum: sed fere  
impie agere Zasiu / contententem male erra-

rethomistas: q̄ doceāt promissorē equi in ge-  
nere/ad nullū ī specie equū obligari: q̄ ridi-  
culū id esset quod nō ridiculū / sed plane ve-  
rū est / cū de nullo equo sit verū asserere: illuz  
obligatū esse: alioquin is q̄ in obligatione es-  
set / exigeret. Ad hec qui ad oēs species sub  
electione in genere obligatū / obligatū esse fa-  
tet / vt Zasius fateť: diffiteri nō potest / ad nul-  
lā speciē speciātim esse obligatū. Et sic magis  
realiū opinionē q̄ noīaliū; nostri legūlato-  
res sequunt: vt in his apparet / t̄ illis q̄ pau-  
lo antea circa ediū vniuersitatē dissereram.  
**¶** Quinto īferim: clarū iā reddi ineptire fe-  
linū in ca. in p̄sentia nūero. xxxvij. de probat.  
Preposit. in. c. cū locū nūero. x. de spōs. Pal-  
lat. Rub. in. c. p̄ vras. §. xi. de donat. inter vir.  
z vxō. reputātes esse mirabile / posse quē co-  
gi / vt vnā de pluribus titij filijs: in vxōrē du-  
cat: q̄ in genere coact⁹ / respectu specierū co-  
actus nō sit / sed cū nō aliud ī obligatione sit /  
aliud ī coactiōe: fallunt / q̄ sicuti obligatio in  
genere / obligatio est: ita z coactio in genere  
coactio est. Et cū a matrimonij libertate: ois  
coactio sit aliena: z in genere coactio aliena  
erit: p̄ notata in cap. gēma z in ca. cū locū de  
spōs. Nec obstat: quod monit Abbātē in. c. cū  
terra col. fin. de elect. eos / q̄ metu eligere nō  
possūt: posse metu eligere icertum de certis:

## Quinta pars

argu. ca. abbate de verb. sig. vbi consuetudo  
 hoc dat / vt icertū de certis: eligāt abbatē cer  
 ti monasterij: quod si argumentum de spiri  
 tuali ad carnale procedit matrimonium: se  
 quetur: et simile matrimonium tenere. Sed  
 que hoc consuetudo dat / non per vim / non  
 per metum dat / alioqui non video / quomo  
 do libera sit electio iuxta. capi. vbi periculū  
 §. ceterum de elect. lib. vi. sed bene per vim le  
 gis: aut privilegij / hoc tribuit: concedentis  
 cenobio sancti Bertini / vt de illo eligerētur  
 abbates / atque monasterium quod ad regi  
 mē / illi submittentis. Secundo nō obstat. l.  
 hoc modo. ff. de cond. et demonst. vbi potest  
 inhiberi alicui / vt Aritie non nubat / si alibi  
 cōmode contrahere matrimoniū possit: idē  
 et cōtrario / vt Aritie nubat: qua inhibitiō  
 ne / nuptie ad certum locum: quoad incertā  
 personam coartantur. At id non per metum  
 fit: non per grānamen / quo actus nullus sit /  
 nisi ab effectu talis reddatur. In qua parte  
 non grauante Preposi. accedo / in dicto capi.  
 cum locum numero. ix. ita predictam cōmu  
 nē limitāti. Tertio non obstat / si quoad cer  
 tam personā / libera est voluntas: quia / a ge  
 nerali coactione inficitur / in genere coacta.  
 Tādē hinc pēdet istorum error: quod a cō  
 suetudie vim legis habente / ad vim inferūt:

ab amissione legati in actu valido / ad confirmationem actus inualidi: a vi denique respectiva / et sic ab occasione: ad absolutam et sic causā. Hinc sequitur nō valuisse electionem: qua cardinales sunt coacti / eligere italum / vt in Urbano. vi. consuluit Salicetus referente Felin. vbi sup̄. Hinc quoque sequitur / nō valere electionem: qua adult<sup>r</sup> compellitur / in certum de certis eligere / quid quid velint doctores per Felin. relati: moti auctoritate glos. in. l. ait pretor. §. permittitur. ff. de minorib. Nam vbi coguntur adolescentes petere curatores / non coguntur inuiti accipere / quia a iure id fit. Hinc quoque sequitur / eodem modo nec testatorē cogi posse / incertum aliquē de certis instituere / quia nō minus libera est testandi facultas / q̄ nubendi vt deducit Purpurat. in. l. licet. C. de pact. p̄ notata in cap. gemma. nam ad matrimonium premio allici possumus. l. titio centum. §. titio centum. ff. de cond. et demonst. ad institutionem alicuius heredis non possumus: doctores in dicta. l. licet. Ex quib<sup>9</sup> sic discussis nostra ad canonistas ponitur quodlibetalis conclusio / que ideo ad canonistas in electionib<sup>9</sup> et matrimonijs posita est / quia hec maiorem certitudinem requirere videntur ca. ex literis iuncta glos. de spons. cap. in ele-

## Quinta pars

ctionibus de elect. libro. vi. regula actus. ff. de regul. iur. Nam hec (ne quem illa moueant) non valent: vt ab illo tempore vim fortiantur / quod in fictionib. nostris part. iiii. capitul. xiiii. diximus: exponentes dictam regul. actus / bene tamen valent: vt ex nunc constituantur. capitul. de illis de condit. appof. Quapropter presumptum matrimonium: ex promissione inducetur / generica copula subsecuta.

### ¶ Ad Canonistas. Positio.

- An obligatio generis: speciem aliquam obliget / in electionibus et matrimonijs.

¶ Ex his tamen subiectiuis partibus / siue genericis: siue alternatiuis / perfecta nō inferitur penitentia / vt a parte totum intelligatur / cum nec interior / nec exterior / talem inferat satisfactio / quod proprium subiectiuarum esse partium ostendim⁹ / ob acceptio- nem significatorum. Et cū in quarta huiusce relectionis parte: nec a parte totum intelligi posse deduxerim⁹: superest / vt alie nobis querende sint partes / in quibus prestare possumus: quod in frontispitio relectionis polliciti sumus / quapropter ad sextam accedamus partem.

### ¶ Sexta Relectionis Pars.



**B**mirari satis nō possum / cur  
iuris peritiae nostre. p̄ceres: in  
l. r̄ccōiūcti. ff. legat. iij. in. l. qui  
v̄sumfructū. ff. verb. oblig. illas  
partes aut omiserint / aut con-  
tēpserint: que sunt totius pote

statui in suas potentias: aut toti⁹ perfecti  
in suas perfectiones. Quia utiq; ratione / et  
anima in suas sciendū potētias: vegetatē / sen-  
sibilem: et intellectuā / vt passim post Aristote-  
lem / eius interpretes docent / lib. ij. de ani-  
ma cap. iij. Sic apud nos matrimoniū / in ra-  
tum ⁊ consumatum diuiditur: qz in vno quo-  
que horum / sacramēti vnitas est. Nam in de-  
sponsatiōe sacratissime virginis deipare: ma-  
trimonij sacramentum agnoscimus fuisse / li-  
cet consumatio defuerit. Nec ideo min⁹ per-  
fectum fuit sacramentum: quia omnem perfe-  
ctionem exuperat: hoc defuisse capitu. omne  
itaq; xxvij. quest. secunda. quam rē nostri nō  
plene perspicientes: in rubz. de sponsa. circa  
hoc digladiant: sed enucleate theologi tra-  
dunt. xxx. quarti. inter quos docte lateque  
Maioꝝ / acute et exacte Caietanus in quodli-  
bet. vltim. de matr. rē p̄ oculis ponūt. Sic  
et ordines: qui nouem a nostris ponuntur  
in capitu. cum contingat. de etate et quali. in  
capitu. clericos iuncta glos. in verb. Psalmist.

## Sexta pars

xxi. distinc. a theologis septem. xxiii. quarti  
 glos. in procmio. vi. in verb. episcop<sup>o</sup>. In qua  
 re tamen vt in alijs semper preclarior ea mi-  
 hi visa est concordia: vt proprie sint nouē: sed  
 magis proprie septem. Dummodo proprie  
 comparatiue / non electiue exponamus iux-  
 ta vulgarem. l. vbi. autem. ff. verbo. obliga.  
 glos. in capi. ex literis de spons. impub. Nam  
 a theologis ideo septemponuntur: quia hec  
 magis ad executionem officij expectant sa-  
 cratissime scilicet Eucharistie cōsecrationē.  
 Et iam non tanti sit (quas circa hoc excitat  
 tragedias Prietas in verb. ordo. s. j.) dilue-  
 rē quas ⁊ alio modo cōponit Maior. xxiii.  
 quarti. Huius tñ ordinis siue septem siue no-  
 uē sunt partes: non sunt partes: aut totius in-  
 tegralis / aut toti<sup>9</sup> vniuersalis / sed toti<sup>9</sup> pote-  
 statiui in suas potentias: cui<sup>9</sup> plenitudo / in  
 sacerdotio tantum est: vt docet Aquinas in  
 dicta. xxiii. quarti. Et Paludan. ibidē agno-  
 scit / non esse sacramentum vnitatis indiuisi-  
 bilitatis / sicut punctus: nec vnitatis cōtinui-  
 tatis / sicut linea: sed perfectione finis que q̄-  
 dem perfectio finis (vt e nris Monach<sup>9</sup> asse-  
 rit in extranag. vnā sanctā in verb. sponso de  
 maior. ⁊ obe) idē cū integritate / aut pene idē  
 est / secū dū naturā. Nam illud est pfectū / quod  
 totū habet / ⁊ nihil ei deficit: illud q̄ totum:

quod perfectū est. Et quāvis Aristot. nō citat ab illo tamē desumptū est primo de celo et mūdo 7. j. metaph. Ut iterū omittā illa que Joā. Andr. Monach. Domin. Franch. et alij in ca. cupientes in. s. ceterum in glos. totaliter de elect. lib. vj. adducunt: nō omittam Caium in risconsul. dicētem in omnibus rebus id esse perfectum quod ex omnibus suis partibus constat. l. ij. in principio. ff. de orig. iur.

**C**um tertias has partes / que totius potestati in suas sunt potentias / aut perfecti in suas perfectiones / necessario ponēdas probauerim: exemplis superius adductis: dabitur credo venia (vt cum Adaurēsi loquar) nouitati verborum / rerum obscuritatibus seruiēti. Si nonis vtēs vocabulis: ille deinceps a me: aut respectiue / aut hypōteticē / dicantur: quādo / nō absolute integrales sunt: sed cum adsunt / vt in matrimonio / ordine / clare cōstat: clariusque ex illationibus constabit: has partes vt integrales ille sunt / esse respectiuas: vt vero absque integritate considerantur / esse subiectiuas.

**E**x hac nostraverissima breuissimaq; respectiuarum partium assignatiōe: primo infero cessare illam de vsufructu cōtrouersiam / que pars domini sit: nam aut cū proprietate cōiunctus vsus fructus est: aut a proprietate dis-

iunctus. Si disiunctus tunc per se dominiū  
 infert/ subiectiuaque dominiij pars est. Si ve  
 ro cum proprietate coniunctus/ cum vnū sit  
 ex vtroque dominiuz/ magis emolumentum  
 quam distincta pars erit. l. meus. §. fundo  
 ff. legatis. ij. Sic in. l. recte dicimus. ff. verbo.  
 signi. fundus tot⁹ meus est: quāuis vsus fru-  
 ctus alienus sit: quia formalis vsus fructus  
 quoad menō dominiij pars sed seruitutis est  
 quoad vsufructuarium: quod ut quisq; dubi-  
 tat dominiū esse: vt late tradunt scribētes  
 in. l. naturaliter. §. nihil cōmune. ff. de acqui.  
 pos. Ad libellorum admissionē. Ad eum qui  
 duo instrumenta eodem die confecta produ-  
 cit/ inferentes: quorum se dominū altero/ al-  
 tero vsufructuarium asserit: qui hac de causa  
 non succumbet per notatā in. l. scripture. C.  
 de fid. instr. in ca. extenore de rescript. in ca.  
 imputari de fidei. instr. Angel. in dicta. l. qui  
 vsufructum: quo loco sic erit restituendus:  
 quāuis contrarium expresse/ calographo-  
 rum errore dicat. Sic intelligitur quod in-  
 ris consul. in. l. iij. ff. de vsufruct. dicit: in quā-  
 plurimis recipi vsufructum partē esse do-  
 miniij: quod dupliciter intelligi cū possit/ sim-  
 pliciter/ pcedet. Intelligi nāq; poterat et de  
 formali/ et de causali: sed tantum in formali  
 pcedet/ quia tunc respectiua vti: superius

dixi pars est. Nam cum perfectum constituit  
 dominium: emolumentum magis est. Unde non  
 subsistet argumentatio: nisi cum respectus af-  
 fuerit: vt docet Zingel. in dicta. l. qui vsumfru-  
 ctum. Et apparet in petitiōe itineris actu de-  
 bito: quod quāuis sit pars actus / non presta-  
 bitur / si non tanquam pars petatur. l. si ma-  
 ter. ff. except. rei iudic. docet Bartol. in. l. j. et  
 ij. ff. ad iudic. legat. Dinus in regul. mora de  
 regu. iur. lib. vi. Sic qui fundum stipulat<sup>r</sup> est /  
 si vsumfructum accepto ferat / nihil agit: cum  
 acceptilatio: de re vel de parte debeat esse. l.  
 et per iusiurandum. ff. de acceptil. Sed vsus  
 fructus fundi pars non est / licet dominij sub-  
 iectina sit pars. Sic usufructuario herede  
 instituto / si ab illo fundus relinquat<sup>r</sup>: et vsum-  
 fructum legatario dabit. l. cum filius. §. domi-  
 nus. ff. legat. ij. qz respectu heredis vsusfru-  
 ctuarij / instar portiois vsusfructus habet: et  
 cum dominium partis rei qz legat<sup>r</sup> apud heredē  
 sit: et partē suā heres dabit. l. vnum. §. si rē. ff.  
 legat. ij. quod si proprietarius esset / vsumfru-  
 ctum non daret: quia quoad illum vsusfru-  
 ctus pars non esset. Nec quem moueat si in  
 dicta. l. qui vsumfructum. is qui vsumfru-  
 ctum stipulatur: similis est illi / qui partem sti-  
 pulatur. Nec item moueat si in dicto. §. domi-  
 nus. instar portiois dicat<sup>r</sup> vsusfruct<sup>r</sup> habere /

## Sexta pars

et sic nō pars videtur quando nullum simile idem est Bartol. in. l. quod nerna. ff. de posit. Felinus in ca. capitulū sancte crucis col. iij. de rescrip. Nā similis parti / nō pars dicitur vsus fructus / nō qz subiectiua pars nō perinde pars sit / ac pars integralis vt Stephanus de Feder. et Decius sentiebāt cum in his partibus : negatiue argumētū pcedat / sicut in illis affirmatiue : sed ideo vsus fructus dicitur similis parti / quia non absolute pars est : nisi cum respectu vsusfructuarij consideratur . Nam quādo causalis vsusfructus / est nō pars sed emolumentum dicitur : quia respectu fundi vnum tātum dominium est / cuius emolumentū vsus fructus est : respectu vero integralis perfectiqz dominij : integralis pars est / quia dominium ex causali vsus fructu et pprieta- te perficitur . Hinc constat Angel. et Bartol. vtrunqz verum asserere in dicta. l. qui vsum fructum / quāuis Angel. asserat vsum fructus esse dominij partem integralē / Bartol. sub- iectiuam : qz et affirmatiue dominium inferat et negatiue perimat. Sed quoad dominium in genere Angel. falsū dicit / quoad perfectū z in specie Bartol. etiā fallit. Uterqz tamē ve- rū asserit suo quisque respectu. si Angel. de integrali z perfecto intelligat / Bartol. de do- minio dūtaxat in genere sumpto. Hinc quoqz  
constat

cōstat Henricū Bohic verū asserere in ca. nu  
 per de dot. restitu. volentem eum qui vsu  
 fructum cedit nonam speciē nō cedere: quā  
 do perfectionem adesse / vel abesse / non no  
 uam cōstituatur speciē. Nec obstat: si in causa  
 li: portionis instar non obtineat / in formali  
 obtineat: quia hoc veruz: respectu fundi / nō  
 autem dominij: quod causali perficitur vsu  
 fructu / et sic accessoria fundi pars est / domi  
 nij vero integralis et constitutiva pars.

¶ Secundo infero: fructus pendentes / re  
 spectivas quoque partes esse / respectu fun  
 di. l. fructus pendentes. ff. rei vend. nō quod  
 de essentia sint fūdi: sed quod accessorie per  
 fectionis modo / se habeāt. Unde qui fundū  
 emūt fructibus iam maturis / etiam fructus  
 emisse dicuntur. l. Julianus. §. si fructibus. ff.  
 actionib. empt. Unde nec coloni efficiūtur:  
 antea ꝑ colligant. l. cū plures. §. messes. ff. lo  
 ca. (premissa tamen semper: vulgatissima illa  
 inter maturos ⁊ immaturos fructus differē  
 tia / iuxta notata per Jasonē in. l. diuortio. §.  
 interdum. ff. solut. matr.) Unde (ni fallo) pla  
 ne reijcitur illa Jasonis limitatio / in. l. cum fi  
 lio. ff. legat. i. de emptore sciēte: qui nō videt  
 emisse / nisi pro parte domini vendentis / ar  
 gumento. l. qui tabernam. ff. de cōtrah. empt.

## Sexta pars

cū omnes fructus domini fundi sint: nō par-  
tiarij coloni/nisi potentia.

**T**ertio infero: legata pari modo testamen-  
ti esse partes (ex hypothesi scilicet) cū sine il-  
lis testamenta fieri recte possint. l. i. §. qui nec  
legaturus. ff. de heredi. instit. licet olim ab-  
solute testamenti partes essent legata. §. pre-  
terea instituta de fideicommissarijs heredi-  
tatib⁹. §. ante heredis / instituta de lega. nūc  
tamen non sunt: nec olim semper: sed aliquā  
do. Igneus in auth. ex causa. Cod. de libe.  
preterit. At que nunc in vsu sunt legata / ita  
testamenti sunt partes: vt in genere sumpte:  
subiectiue sint partes / in specie vero integra-  
les sint: si quando in testamento fiunt / secus /  
si absque illo constant. Hinc sublato testamē-  
to: legata firma manent: vt in dicta auth. ex  
causa: vbi iniuria illata filio / legata nō respi-  
cit: quia causa / ex qua principalis vitatur dis-  
positio / has partes (vt ex suppositione par-  
tes) nō attingit. Hinc et. i. l. si. ff. de hered. in-  
stit. falsa causa / quo ad heredis institutionē /  
legatis nō preiudicat. Nec arridet illa quo-  
rundā responsio: innuens ob specialem te-  
statoris prouisionem / testamento nullo: lega-  
ta in dict. l. si. esse valida: cū hoc nō nisi arrio-  
lāti constet. Unde libētius accederē Igneo

in dicta auth. ex causa numero. xxxix. volent<sup>r</sup>  
 ti: tunc legata a testamento pendere pande<sup>r</sup>  
 ctarum iure: cum testamentum nullum re et  
 consilio extetisset: secus si re tantū / non etiā  
 consilio nullum fuisset / argumēto. l. titius. §.  
 lucius. ff. de lib. et posth. qua de causa: nec oli  
 hec accessoria / talia erant accessoria / que per  
 se non subsisterent. Et vt iam cōcludam ideo  
 sine principali / in dicta leg. fin. legata fuerūt  
 valida: quia iuxta doctrinam. Host. z Abbat.  
 in capitu. debitorum de iur. iur. cum non ea  
 dem concurrat causa / circa principale et ac  
 cessorium: belle sine principali stat accesso  
 rium. Ceterum quod citra cōtrouersiam est:  
 legata ita accessoria testamenti nunc sunt: vt  
 ex hypothesi accessoria sint. Hinc fit vt quod  
 nostri asserunt: tot esse testamenta / quot sunt  
 in testamento dispositiones: Imola in. l. siis  
 qui. ff. de testamen. vterque Socin. et filius z  
 nepos in rub. ff. lega. primo intelligēdum sit  
 de subiectiuis: testamenti in genere sumpti  
 partibus. Unde manifestus deprehenditur  
 Crotti error in dicta rub. asserentis / legatū  
 esse partem integram et subiectiuam / testa  
 menti in specie sumpti / cum hoc implicet cō  
 traditionē: ex varia et cōtraria partis sub  
 iectiue et integralis acceptione. Sed testa

## Sexta pars

menti in specie sumpti / legata erunt partes  
integrales / i genere / subiectiue. Quomodo  
et pupillaris substitutio et huius generis re  
liqua: testamenti sunt partes. l. pe. ff. quem ad  
mod. testam. ap. Sic mixtum imperiuz / iuris  
dictionis subiectiua pars est: iurisdictione  
scilicet i genere sumpta / iuxta notata in. l. im  
perium. ff. de iuris. om. iud.

**¶** Quarto infero: ad dies in stipulatione po  
sitas: que hoc modo eius partes dicuntur. l.  
i. §. diē. ff. de eden. et tamen sine illis / stipula  
tio vtique stipulatio est: §. omnis insti. de ver  
borum obligat.

**¶** Quinto infero: partes corporis mystici:  
que integrales sunt: ex suppositione esse. Sic  
in repub. triplex ille ciuium ordo: de quo su  
pra egimus. Sic Christ⁹ caput ecclesie. Sic  
ecclesiasticus ordo vndique pulchre constat  
vt in antiluther. preclare docet Clythone⁹  
lib. ij. ca. ij. et. iij. Hinc eorū apparet inscitia /  
qui pontificem esse caput militantis ecclesie  
negāt: quia Christus sit illius caput: iuxta il  
lud Apost. Deus Christus dedit caput super  
omnem ecclesiam / ad Ephe. ca. j. ca. ver gētis  
de heret. Quasi corpore mystico plures nō  
sunt respectus vt eleganter Albertus. Pius  
li. xiiij. ad med. docet. Sic et cardinales: par-

tes sunt pontificij corporis: vt per. capitu.  
 Felicis de pen. libro. vi. dicunt Oldra. cons.  
 lxxiij. Host. in cap. antiqua col. ij. de priuil.  
 Joannes Andr. in ca. requisisti col. penul. de  
 testam. Prob. in cap. vnico de maior. et obed.  
 lib. vi. in ca. sup eo de heret. et in cap. quia de  
 rescript. eod. lib. q̄ita tamē sunt partes: vt ex  
 hypothesi sint partes. Ne quis cuz Lignan.  
 in trac. de cens. eccles. §. iij. partes esse capi-  
 tis credat in christianismo: quasi idem caput  
 cum pontifice constituent / quod compro-  
 bat. Barb. in. q. j. de prestāt. card. nume. xxvj.  
 quia manifestam continet heresim: cum con-  
 cessa Petro potestas / vni tantum cōcessa fue-  
 rit: vt egregie nostra hac tempestate demon-  
 strarunt antilutheraniste et antierasimiste et  
 post illos eleganter elegans demonstrat Al-  
 ciat<sup>9</sup> in. l. iij. Codi. de sūm. trini. et fide catho.  
 Nam cardinales qui nunc dicuntur: adeo in  
 re diuino non constat esse constitutos / vt ve-  
 rosimilius sit: positiuo iure / post primitiuam  
 ecclesiam habuisse originem: vt in Hieroni.  
 vita docet Erasmus / et Polydo. lib. iij. cap.  
 ix. de inuentor. rerū. Nec obstat / quod vulgo  
 creditur de fratribus leuitici generis Deu-  
 teron. xvij. ca. per venerabilem qui fil. sint le-  
 git. Celius antiquar. lect. lib. vi. capi. j. quia

## Sexta pars

de episcopis: quominus intelligatur / cū Polydo. dicto. cap. ix. non video. Unde ociosa omnia illa arguuntur: que circa id. nostri seriose adeo comminiscuntur.

¶ Sexto infero: ad ea quæ accessorie accedūt / de quibus Bartol. in. l. si cui fundū. ff. de fūd. instr. Decius in cap. preterea de off. delegat. doct. in ca. de prudētia de dot. rest. vt fundo accedūt instrumenta: aut (quomodo nostri loquuntur) vt manerio accedūt pertinentie capitu. querelam de sym. que quomodo differant (cum Abb. Felin. Deci<sup>o</sup> reliquique differre sentiant in capi. cum venerabilis de except.) vnus ibidem Parisius nume. iiii. differentiam explicat: tanquam genus et speciem differre dicens. Sed ego vereor: ne non magis ea sit differentia / que partis hipotheticę ad totum. Nam generis et speciei: quominus discrimen esse credam efficit: quod nec affirmanti / nec neganti / subsistat illatio / que vtiq; subsistit / in his que accessoria quia principali insunt / sunt. Cum qua ratione insunt semp sunt / copulatiue principalis partes. Accessoriaq; hoc modo erunt / et que accessoria non sunt: si per dictionem cum / coniungantur: que in his que solent alteri accedere: vt cum Bart. loquar in dict. l. si cui fundū. ff. de fund. instr.)

ex non accessorio : accessorium reddit: vt in instrumento respectu fundi apparet: Bernar. in. ca. querelam in verbo. non potuit: de sym. quem sic interpretatur Prob. (iuxta notabil. Dominici doctrinam cons. xxxij. col. pen.) in capi. felicis de cens. lib. vj. Unde clare colligitur generalem in his accessorijs procedere libellum / que accessoria sunt / quia insunt. Nam in vniversum non procedere / dicta iam ratio conuincit. Ut dissimulema contrarie factionis proceribus adductam. l. Barcellus §. armamenta. ff. de rei vend. id quod ratione contentum / auctoritate conuincit / teste Decio in dict. ca. cum venerabilis. nu. iij. Et dissimile / quod plurima huius farine / que inferri poterant: que sciens volensque pretereo: ne dum accessorie accessoria tracto / perinde ac principale absoluam.

¶ Si ad proxime dicta attendamus: circa has respectiuas partes / clarissime nostra elicit assertio / alias a subiectiuis integralibusque partibus esse ponendas: quas nos hactenus: aut hypotheticas: aut subiectiuas diximus. Ex quarum partium neglecta assignatione / doctores passim digladiantur: Andabatarum more pugnantes / non attendentes: in fallacia dictionis se laborare. Quapropter nostram po-

## Sexta pars.

namus assertionem.

### Quinta Assertio.

Ob imperfectam partium discriminatio-  
nem plurimos reperiri in iure tumultus  
ostendemus quos respectuarum par-  
tium assignatio componet.

Ex hac partium assertionem p̄det exactus  
nostri tex. intellectus / glosse que cum textu  
Archid. concordia. Nam partes que perfe-  
ctionis sunt: et integrales / et subiective sūt  
si per se subsistant vario utique respectu: qua-  
lis penitētia / que si ex interiori et exteriori sa-  
tisfactione perficitur / vtramque copulatiue  
continet / et tamen siue interior siue exterior  
tantum satisfactio sit / penitētia in genere est:  
quomodo et tex. verum asserit / dicēs a par-  
te totum intelligi: hoc est penitentiam agere /  
qui interiori satisfactione utitur. Glos. pro-  
phete dictum intelligit / vt in perfecta proce-  
dat penitentia: que ex vtraque et exteriori et  
interiori satisfactione constat: vt negationis  
nota in tex. posita / magis exclusionis / quam  
inclusionis naturam sortiatur / ac si diceret  
propheta / non tantum exteriorem: sed etiam  
interiorem / facite penitentiam. Similis in-  
terpretatio est / ad regulam nuptias. ff. de re-  
gulis iur. nuptias nō concubitus sed cōsen-

his facit / vt verus sensus sit: nuptias non tantum concubitus / sed etiam consensus facit: nam proprie nuptie dicuntur: que et concubitu et consensu constant cap. nostrates. xxx. q. v. vt interim omittam omnia illa / que per plurimas colum. congerit Chassaneus in cōsuet. Burg. tit. iiii. §. vi. ad probandum discrimen esse inter nuptias et sponsalia. Nam que a Decio anectitur interpretatio ad dict. reg. nuptias et cōmuniter recipiūt / vt de potiori nuptiarum parte tex. loquatur: et cōtra proprietatem dictionis / et contra differendi rationem est: cum cōstet / non solo consensu nuptias constare: quantūcūque potissima pars consensus sit / sicut nec homo sola anima constat. Similis interpretatio et illa est ad. l. mutuo. §. tutoris datio. ff. de tutel. quam assignant scribentes post Accur. in. l. j. ff. de iurisd. om. iudic. vt tutoris datio mixti sit imperij / quia nec imperij / nec iurisdictionis sit / cum necessum sit: aut iurisdictionis aut imperij esse quando non alia sunt nomina: que rei conuenire possint / Cursius iunior in dict. l. j. nume. xliij. Et licet alia nomina non sint / quibus similis potestas explicari possit / nisi illa / tamē aut falloz / aut in illius. §. interpretatione necessaria non sunt / quia datio tutoris / nō qua-

## Sexta pars

tenu*s* iurisdictionem aut imperium quis ha-  
bet concessa est: sed quatenus a lege / a princi-  
pe / a senatusconsulto / cōceditur: quod clari⁹  
dicit optimus sui ipsius interpret*s* Tulpia-  
nus in dict. l. muto / q̄ vt opus sit / circa id  
pluribus digladiari. Sophistica ad hec illa  
acursij interpretatio est / et a text. illo longe  
aliena nam vnde sequitur: nec imperij: nec iu-  
risdictionis est: ergo mixti est imperij. Non  
ne qui negat imperium: et merum ⁊ mixtum  
negat: sicut animal negans / omnes illius spe-  
cies negat: Ad hec negative addere taxati-  
uam / quid aliud est (vt inquit Salomonius)  
quam in cōfessoria vertere. Nam hec verba  
nec imperij tantum / nec iurisdictionis tantū  
est / vtriusque et imperij et iurisdictionis inse-  
runt esse. Nec ad rem / quod mixtum ex vtro-  
q̄ est: ⁊ ex mixtura tertia quedā fiat species.  
Quando adhuc non sequatur / nec mellis tā-  
tum est: nec vini tantū est / ergo mulsi est. Sed  
ad exactam ratiocinationem: opus est / hoc  
ipsum quod inserimus / ita esse cōstare. Qua  
ratione cum dicimus hominem non corpus:  
sed animam facere / interpretamur: non cor-  
pus tantum: non animam tantum / sed vtrūq̄  
hominem facere: negativam in confessoriam  
mutantes / addita taxatina / quia hoc ipsum

non aliter se habere constat. Eademque ratione / eandem recepimus ad regulam nuptias interpretationem: quia et consensu / et cōcubitu / nuptie cōstāt: vt superius dixim⁹.

Immensum emensiter Presul amplissime / patresque doctissimi / partim remigio: remulco partim / nō nihil velificatione: cum scopulos omnes preteruecti videremur: omnesque iuris partes: ita explicuisse / vt in nulla parte deinceps / aut remorari intellectū / aut torquere studiosos possint. Ecce Archid. man⁹ inijcit / negans hic esse infinitatum: et superi⁹ et inferius: sed tantum disparatos esse terminos contendens: scindere corda / et scindere vestimenta / vt sic superius inferius / inferius superius / per abnegationem non efficiat: cum vnius predicationi / alterum non subsit. Ecce alia ex parte / Theutonicus contendit / vt aduersus Archid. archidiaconi⁹ sequaces / eum defendam: qui cum iam a nobis hoc acceperit / vt illi⁹ interpretatio: que toto celo a textu dissidere videbatur: textui cōcors redderetur / simile imploreat auxiliū.

Quapropter distinctione premissa vtentes / Archidiaconū credimus in fallacia dictionis laborare. Nam si de penitentia: quatenus ex interiori et exteriori satisfactione perfici-

## Sexta pars

tur/intelligit: quotusquisque ambigit/pro Archid. sententiam dandam: cum in his vnū reliquo inferius nō sit: quia alterum/alterius predicationi non subfit: vt sic inferius superius/superius inferius efficiatur. Si vero de penitentia in genere loquitur/tunc scindere corda/inferius est ad scindere vestimenta: quia plures exteriorē / q̄ interiorē penitentiam agūt. Et sic cum pluribus scisura vestimentorum competat superius per inficiationem inferius efficietur. Unde manifestus (ni fallor) in glos. hucusque est error/dū dicit non scindere corda/esse inferius/ad nō scindere vestimēta: cum per abnegationem efficiat superius. Quade causa expungēda dictio inferius erit/ & reponēda dictio superius: alias nedum nō sibi Theuton. constabit/ sed etiam falsum asseret. Et sic vel fallor: vel quod in fronte huius relectionis pollicitus sum/ in calce impleni. Ostēdēs & tex. & glos. & Archi. vnūquēq; verū asseruisse/ licet diuersa viderentur asserere/ & omnino aduersa. Ostēdēs glos. Theutonici corrupte legi: a mēda q̄ illā vēdicans. Poterat & facilius Prosperius expositio/ad dictum prophete/ per synecdochem intelligi/ sed nos duce[m] secuti sumus Theuto: q̄ iuxta superius habita intellexit hūc locū.

**C**Superest iā / Presul ampliss. Patresq; cō-  
 script. vt tandē aliquādo / receptui canam⁹ /  
 supremā huic labori manū imponētes. Cūq;  
 optatū litus ex alto prospiciamus: carbasale  
 gentes atq; caperātes / ea cōplicemus: placi-  
 doq; cursu cōtēdamus: vt alacres remis in-  
 cūbentes / portū subeamus / cōtinēti appli-  
 mus / immēsas omnipotēti deo gratias agen-  
 tes / qui ceptū iter / p votis peficere dedit / in  
 quo superq; satisfq; vela vētis permisim⁹: pro-  
 cellosi iuris: vasta spacia ptergrediētes / to-  
 ties fathiscēte / memorie / doctrine / ingenijq;  
 nostri cymba: hinc inde / colluctātibus opi-  
 monū vndis / ad nāufragiū vsq; exagitata.

## Dixi.


## ERRATA.


Folio.	Pagina.	Linea.	Lege.
ij.	secunda	xiiij.	illud
ij.	secunda	xxi.	repetitionem
x.	secunda	xvi.	memorie
xi.	secunda	xvij.	charior
xv.	prima	ij.	in hisque pro
xvij.	prima	xiiij.	comprobat
xviiij.	secunda	xxij.	ascretet
xxx.	prima	iiij.	origine
xxx.	prima	xv.	discussis
xxxij.	secunda	ij.	petito
xlij.	prima	xxiiij.	Crotā







EDVVICVS ROY RICI  
S  
A  
L  
V  
A  
T  
I









as  
pic

